

1059

LES PASTEURS DE BALE aux Ministres et au Conseil de Neuchâtel<sup>1</sup>.

De Bâle, 3 novembre 1541.

Minute de la main de Myconius. Bibliothèque de Zurich. Calvini Opera. Brunsv. XI, 314.

Gratiam et pacem a Deo patre et Domino nostro Jesu Christo! Prudentissimi, doctissimi optimique viri, pervenit ad nos nescio quale *dissidium in ecclesia vestra adeoque republica exortum esse, idque tam acre ut quibusdam in mentem venerit ejicere pastorem*, quo tamen, mox ab initio restituti per Dei misericordiam Evangelii, ceu organo electo ad condiscendam philosophiam divinam estis nisi. Graviter accepimus et magno cum dolore, utpote qui nihil tale expectavimus, sc.[ilicet] *sanctam ecclesiam Neocomensem*<sup>2</sup>, ut in qua

minùs in domo ipsius conspicuam reddat, quàm in præsentis vitæ conditione supra multorum sortem communem ejectam voluit. Genevæ M D LIII.»

Nous avons déjà vu Bèze prendre la même liberté à propos de la lettre de Bucer à Calvin écrite vers le 1<sup>er</sup> août 1538 (V, 66, n. 37). L'adjonction : « Genevæ M.D.LIII » lui a été suggérée par cette phrase (n. 29) : « Scripsi etiam *libellum de scandalis*, » laquelle renferme une erreur, puisque le texte original porte seulement : « Et d'avantaige *unq petit libvret*, que j'ay naguères fait. » Il s'est donc imaginé que c'était une allusion au livre de Calvin intitulé : *De Scandalis*, publié en 1550, et comme il avait eu sous les yeux la lettre du 6 août 1554, où le Réformateur recommande à Renée un nouvel aumônier, il a fixé témérairement à la même année la date de la présente épître. Bèze crut qu'il concilierait tout en traduisant ainsi la phrase relative à *Capiton* : « Et *Capito* ipse qui moderationis studiosior *habitus est*, etc. » Mais il s'aperçut enfin de son erreur et fit insérer dans les *Errata* la note suivante : « pag. 155, lin. 16, *tolle M.D.LIII.* » Cela explique pourquoi cette date fautive a disparu des éditions subséquentes des *Calvini Epistolæ et Responsa*.

<sup>1</sup> Une note plus récente donne à cette lettre le titre suivant : « Ad Neocomenses *invektivæ Basileensium ob ejectum Farellum.* »

<sup>2</sup> Si nos souvenirs ne nous abusent pas, une lettre de *Farel* à l'église française de Francfort porte ces mots : « A la *sainte* église gallicane, etc.»

*præ cæteris, ob doctorem eruditum et piûm, nomen Dei sanctificaretur et gloria ejus augmentum caperet in dies.* Tametsi verò non sumus tam imprudentes ut non succurrerit, vos vestra prudentia motibus ejusmodi compescendis esse satis, *nolumus* tamen *negligere officium quo ecclesie inter se obligantur, et [quod] fratres debent fratribus,* omnino sperantes quòd hoc officii genus à nobis animo gratissimo sitis excepturi. Nam in hoc prorsùs incumbemus, ut concordia composita deinceps sic simul conversemini qualiter decet populum sanguine Christi redemptum.

Viri clarissimi, nondum arbitramur oblivioni vos tradidisse, *quàm sancta et legitima vocatione communiter vos omnes ante aliquot annos D. Gulielmum Farellum ad ecclesiam vestram gubernandam accersiveritis*<sup>3</sup>, et tum quidem cum esset à vicinis vestris velut exilio multatus ob prædicationis severitatem quandam, et sanum zelum domus Dei. Quæ res adeò vos non movit contra virum piûm, ut non dubitemus calcar inde subjectum quo fervidi magis ad ipsum vocandum fueritis effecti. Jam vos non latere potest, quiqui communi voce et animo sic vocantur ab ecclesiis, a Deo vocari, præsertim si nihil fuerit vocatis injunctum, nisi prædicationis salutis, hoc est, Jesu Christi Domini nostri. *Quid ergo, cum deligeretur ille, vobis fuit in animo nisi doctrina salutis?* Quem alium condiscere voluistis nisi Jesum Christum, filium Dei vivi? Annon cogitastis tum de abnegando nosmet ipsos? annon de fuga mundi? annon de arcendo Satana? Igitur dum hic fuit animus, dumque viro doctrinam injunxistis, per quam assequeremini quæ dicta sunt, non potest esse dubium, quin *Farellus* fuerit vobis datus a Domino. *Hunc talem itaque movere loco valde horrendum est.* Sumus enim in hac sententia quòd qui sic tentet, Deum quoque movere loco satagat. An vos putatis aliquid esse discriminis? Abjectus est olim a Judæis Christus ac reprobatus : ideo et Deus qui miserat illum reprobatus est. Ex quo dictum etiam a Domino : « Qui vos recipit me recipit, et qui me recipit, recipit eum qui misit me. » Et iterum : « Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit; qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. » Hæc Domini verba, subinde repetita, ministrum Christi qui verè minister est, efficiunt gratum apud fideles : tantum abest ut ab uno atque altero verbo severiore odiosum reddant.

*Hactenus autem intelleximus pastorem vestrum ita perdurasse in*

<sup>3</sup> A cette époque (1538) *Farel* était à *Bâle* depuis quelques semaines.

*doctrina sana quam vos imposuistis, ut ne latum quidem digitum ab ea discesserit, imò ut vel qui putantur inimici virum tamen et à vita et à doctrina commendent. Ergo si vocatio legitima est, et Farellus egit hactenus officium quod vos ipsi commisistis, quid esse, per Dominum, potest quod ecclesiam istam perturbat? Severior est forsitan quàm ut aliqui libenter ferant. Sed hoc de ecclesia vestra non libet credere. Qui namque vel hominem agit, taceo christianum, in corde suo novit, esse oportere qui peccata corripiant ad emendationem. Quòd si hoc novit, invitus accipere non potest dum vitia taxantur, nisi Deo vacet cor ejus. Sed esto, severior sit, dum videt flagitia graviora per impudentiam, ne dicamus per impietatem, patrari ad dehonestandum sanctum nomen Dei, ad contaminandam ecclesiam, ad malum omnium exemplum : jam tum in officio delegato rectè versatur.* Spiritus sanctus enim arguit mundum de peccato et de justitia et de judicio, et pastor fidelis organum est per quod agit spiritus. Jam tum agit verum pastorem, lupum abigens pro viribus, ne vel oves invadat vel jam vulneratas penitùs dilaceret. *Jam certè patrem agit qui ferre nequit ut liberi sui peccatis conspurcentur ac pereant : imò jam in memoriam revocat quid Deus comminatur prophetis suis per Ezechiel : « quòd sanguinem delinquentium requisiturus sit de manibus eorum, si peccator per dissimulationem ipsorum perierit. » An esse potest, præsertim in ecclesia vestra, in qua Christus per verbum suum tanto tempore habitavit, qui ad correptionem peccatorum vel aures non habet, vel teneriores habet quàm ut id pati valeant? An est qui, oblitus pastoralis curæ et officii, vocem paulò severiorem tam iniquo fert animo, ut propterea pastorem bonum ac fidelem cupiat ejectum?*

*Si tales sunt, viri optimi, dolemus, nobis credite, supra quàm dici potest, vicem vestram, imò illorum et vestram.* Hanc, quòd scimus oculos vestros non posse protervitatem impiorum intueri sine magno dolore, multis suspiriis, ferventibus lacrymis. Illorum, quòd lapsum intelligimus gravissimum, nempe à regno Dei, quod est lucis, ad regnum Satanæ, quod tenebrarum est. Hac re quid infelicis potest dici? quid miserius audiri? *Veteres de lapsis multo labore et magna contentione disputaverunt, an ad pœnitentiam debeant admitti, et id vix tandem invenerunt : adeò peccatum istud grande et grave fuit in cordibus eorum. Verùm tantam Dei misericordiam in Scripturis viderunt prædicatam, ut ejus magnitudo peccata quævis atrocissima, item et lapsorum, posset obterere. Huc et exempla fecerunt Manassæ, Petri et aliorum, ut concluderint sicut auditum*

est. Quæ adjicimus, ut *si qui sunt* (nam perpetuò spes est, quod et modò sumus testati, rem secùs quàm ad nos devenit habere) *quos Deus ita tibi permisit, ad se redeant et ad Domianum, et is eorum miserebitur. Hoc autem si facere detrectaverint*, magisque placuerit perdurare in tenebris, præter iram Dei, quam graviolem cervicibus suis ob pertinaciam magis ac magis imponent, *facilè videmus quæ mala sint consequutura*. Principio non desinent à tumultuando donec compotes voti fuerint effecti, hoc est, donec *Farellum* viderint ejectum et alium quempiam subrogatum, qui dicere compelleretur placencia. Imò non compelleretur, sed sponte sua mulcebit auditorum aures. Cavebit enim ne sit *Farellus*, nisi et ipse velit expelli. Quòd si fuerit in animo, nunquam se præbebit successorem. *Neque igitur habebitis meliorem, neque æqualem, si illum ejeceritis*. Quamobrem et fames erit Verbi in ecclesia vestra, quam famem nunquam immisit Deus olim quàm dum extremè fuit peccatum, dumque grandi aliquo supplicio populum suum visitare voluit. Et profectò fieri poterit (quod omen Deus avertat!) ut paulatim Satan, ut est mille<sup>4</sup> artifex, semen spargat, quo tandem gravis aliqua factio suboriatum inter cives. Quæ res ut cavenda sit, prudentia vestra non difficulter providere potest. Illud constare videtur, ex parochis totius comitatus vestri nullum esse qui velit alium ob doctrinam et pietatem, non ob singularem aliquem affectum, præter *Farellum*. Ergo dissidium nunc est, priusquam de ejectione sit conclusum, et de successore aliquid statutum. Præcaveat Deus dissidium fratrum in suis ecclesiis! Nam hoc affirmare audemus, extremum diaboli conatum istum ipsum esse.

*Quid verò de scandalo dicemus quod ecclesiis piis et papisticis inde præberetur? Horrebunt illæ, turbabuntur et miserè erunt affectæ. Neocomi, dicent, Ecangelium habere volunt, et non possunt tolerare Farellum patrem! Quale oportet ecangelium illud esse quod placebit? Nimirum quod docet, Christum mortuum sine resurrectione et sine acceptione spiritus sancti. Atqui hoc tale est quod ducit ad inferos, nam prædicat mortem Christi sine poenitentia. Papistæ cerò aanon clamabunt: Nunc tandem patet quæ sit doctrina quam hœlie cupit mundus, nempe vivere pro libitu, vivere per licentiam carnis, credere Christum satisfacisse pro peccatis nostris, tantum ut voluptatibus indulgeamus! Hæc ansa daretur impiis sacrosantum evangelium Christi calumniandi, quantumvis prædicatores pii omnes nitantur in contrarium.*

<sup>4</sup> Erreur de plume pour *mirè*.



Vos igitur, ô optimi viri, vos item, ô pastores, cavete pro virili ne scandalum tale ac tantum vestra culpa è civitate vestra progrediatur. Certum est enim, absque magno detrimento animarum vestrarum vos ita permittere non posse. Principio igitur omnes, quos Deus in hac causa spiritu suo servavit, preces fundetis ad Dominum, qui Deus est pacis, ut dissidium istud per suam gratiam ad concordiam velit redigere : tum et adesse, quò deinceps evangelium ipsius per tranquillitatem in gloriam ejus queat depradicari in finem usque. Dein, quod in vobis est, nihil prorsus omittendum quod facere poterit ad reconciliationem. Precibus pulsate adversarios, utimini blanditiis, iram placate, allicite, advocate, adducite quibuscunque modis poteritis, tantum ut fiat pax in qua possit Evangelium doceri liberè. Nam hæc libertas si defuerit, non Evangelium prædicatur, sed hypocrisis et mendacium. Quæ quidem si feceritis eo quo decebit et opus est studio, speramus Dominum vobis adfuturum. Strenuos enim operarios diligit ac juvat libenter<sup>5</sup>.

Quod ad nos attinet, viri piissimi, rogamus et obsecramus ut animum nostrum, non verba quamvis multa, consideretis. Velle enim vobis et ecclesiæ vestræ consultum esse in Domino. Quod si non obtinebimus, dolore non vulgari discruciamur. In hoc igitur, quæsumus, estote animo et corpore, ut vobiscum gaudere brevi et gratias agere Domino valeamus. Valet in Christo. Basileæ, 3 Novembr. anno 1541.

FRATRES PAROCHI BASILIENSES,  
in Domino vestri.

## 1060

LE CONSEIL DE BALE au Conseil de Berne.

De Bâle, 7 novembre 1541.

Inédite<sup>1</sup>. Manuscrit original. Archives de Berne.

(TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

Pieux, prudents, honorables, sages et particulièrement bons

<sup>5</sup> Ce mot plut aux Neuchâtelois, et ils le rappelèrent dans leur réponse.

<sup>1</sup> Cette lettre est résumée brièvement dans les Recès des Diètes suisses, volume de 1541-1548, p. 75.

amis et fidèles chers Confédérés! Tout d'abord, nos amicaux et empressés services, avec tout honneur, amour et bien qui sont en notre puissance.

Nous avons appris que des troubles ont éclaté récemment au milieu de vos bourgeois de *Neuchâtel* envers et contre *Farel*, leur prédicateur, de sorte qu'on a lieu de craindre qu'il ne doive se retirer, lorsque les deux mois seront écoulés<sup>2</sup>. Mais puisque ce congé signifié à *Farel* est motivé uniquement par le fait qu'il veut la correction des vices, — nous n'apprenons pas, en effet, qu'il existe d'autre grief contre lui, — on peut prédir que ce congé causera un grand dommage, non-seulement à ceux de *Neuchâtel*, mais aussi à la cause de l'Évangile dans leur pays et dans les autres lieux où la Parole de Dieu est prêchée, et qu'il sera d'un mauvais exemple.

Toutefois, vu la considération et le crédit dont vous jouissez à *Neuchâtel*, nous croyons que vous êtes à même d'empêcher ce malheur. C'est pourquoi, chers amis et fidèles Confédérés, nous vous exprimons le vif désir que, pour la prospérité du saint Évangile et aussi pour gain de paix et d'union, vous vouliez envoyer à *Neuchâtel* vos excellents ambassadeurs et leur donner très sérieusement des ordres et des pleins-pouvoirs pour apaiser et pacifier les susdits troubles, en sorte que Monsieur *Farel*, dont la doctrine et la conduite ne sont l'objet d'aucun reproche, reste à *Neuchâtel* leur pasteur, conformément à la vocation qui lui a été adressée, qu'il se réconcilie amicalement et se remette en bon accord avec ses paroissiens, et qu'à l'avenir les troubles et séditions soient prévenus avec douceur et fermeté, mais sans ravir à la Parole de Dieu la liberté de censurer les vices. En somme, veuillez agir de manière que toutes choses soient remises et rétablies en paix.

Nous savons bien que vous y êtes déjà disposés de vous-mêmes, et que certainement votre démarche contribuerait à la maintenance et à l'accroissement du saint Évangile. Elle réjouirait les gens de bonne volonté et elle réduirait les malveillants au silence. Nous désirons reconnaître amicalement ce service et nous vous recommandons au Tout-Puissant. Donné le lundi, VII<sup>me</sup> jour de novembre<sup>3</sup>, l'an, etc., XLI.

ADELBERG MEYGER<sup>4</sup>, BOURGMESTRE,  
ET LE CONSEIL DE BALE.

<sup>2</sup> Voyez p. 290, note 7.

<sup>3</sup> Le chiffre III ou IIII, que le secrétaire avait d'abord écrit, a été gratté.

<sup>4</sup> Selon Ruchat, V, 168, le bourgmestre bâlois *Jacob Meyer* mourut de

(*Suscription :*) Aux pieux, prudents, honorables, sages, l'Avoyer et le Conseil de la Ville de Berne, nos particulièrement bons amis et fidèles chers Confédérés.

## 1061

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Genève.

De Neuchâtel, 8 novembre 1541.

Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calv. Opp. XI, 317.

S. Ita mihi eveniant omnia, vel potius sic afficior instantibus, ut mihi excidam, et quæ primò curata cupio, prætermitt[am], dignus certè qui ab omnibus prætereare. Non injuria apud *Fatinum*<sup>1</sup> quæstus [l. questus] es, et in tuis literis quas nuper accepi<sup>2</sup>, quòd tui non meminerim. Putabam tantùm te molestè ferre quòd ad te non scripsissem, ut et aliquot audio, quos non admodum curo, nec ideo peccatum tam grave ducebam. Sed tuæ literæ cum testentur nihil in literis ad *Viretum*<sup>3</sup> de te scribi, hoc sanè si ex animo factum, esset gravissimum et indignissimum, nec levis est tanta in me negligentia. Dabo tamen operam postac, ut non sim in amicos tam socors.

*Hic quid agatur non facile est dicere. Pestis et oppugnatio religionis quæ fit à Turcis pridem nos urgebat ut peblem [l. plebem] ad preces invitaremus, et, ut intellexeramus Argentorati actum, ad cœnam Domini<sup>4</sup>. Quod cum impetravimus, præmonui omnes ne se*

la peste vers la fin d'octobre 1541. Elle enleva aussi deux savants professeurs, *Jérôme Altorf* et *Antoine Wild*. Oporin donne une date plus précise dans sa lettre à Vadian du 5 octobre 1541, il dit : « *Jacob Meyer*, le patron des lettres et de la piété, est mort le 4. »

<sup>1</sup> Ce messenger a déjà été mentionné plusieurs fois.

<sup>2,3</sup> Lettres perdues.

<sup>4</sup> Il est vraisemblable que les pasteurs neuchâtelois, de concert avec ceux de Genève, annoncèrent le dimanche 30 octobre, que la célébration de la sainte cène aurait lieu le dimanche suivant, 6 novembre. On lit dans le Registre du Conseil de Genève, au 26 octobre : « Les prédicants ont exposé comment les églises cristiennes sont fort molestées, tant par la

*ab ecclesia se jungerent, verum se unum omnes testarentur, sumpta dignè cœna : ad quam veniret nemo qui vellet privatam pastore suo ecclesiam, quique nollet datum a Domino agnoscere et fovere, ut juxta Verbum Domini tenetur. Hic multi, his et aliis multis præmoniti, ad cœnam venerunt, sententiamque mutarunt<sup>5</sup>; alii, non mutata sententia, ausi sunt sese adungere. Qui apertè adversantur indignè tulerunt tot cœnæ interfuisse; nam ea videtur irritum<sup>6</sup> facere jam<sup>7</sup> decretum, imò, juxta id quod plebi fuit propositum, ostendere coaluisse animos, sic ut pastorem velint retinere. Tamen tantum sperant per Præfectum se effecturos, ut quod mihi denunciatum fuit, locum habeat<sup>8</sup> : et hic *polum arcticum*<sup>9</sup> mirè elebunt.*

In crastinum cœnæ, quidam nullius penè hic existimationis, indignè ferens ecclesiæ successum, commendabat ex tumultuantibus [unum et alterum<sup>10</sup>], quod mihi dolet, peste hinc sublato, quod me et nescio quot millibus mihi similibus probiores essent. Non tulit hoc qui audiebat, aiebatque non ita illi loquendum esse, se présente, nisi manu armata. Concurrit ille ad arma, interea invitans suæ farinæ homines<sup>11</sup>. Alii rursus magno numero, quibus parès illi non erant, imò bona pars eorum qui nos non aversantur in hoc erant, ne quis lederetur : jubentes tamen adversarios paca-

*peste que par la persécution du Turc, et, pour ce que nous sumes tenus de prier Dieu les ungs pour les aultres, qu'il seroit bon se retourner à Dieu, avec humble supplication et prières pour l'augmentation et honneur du saint Évangile ; et que l'on pourroit dymenche prochain, anunce[r] la sainte cène de Nostre Seigneur, et la dymenche suyvant qu'elle soit administrer : ce que a esté ainsy passé. » (Voy. la lettre de Calvin à N., à la fin de janvier 1542.)*

A *Bâle* il y eut des supplications publiques le mardi 25 octobre (N° 1054, à la fin).

<sup>5</sup> Voyez la lettre de Farel du 9 décembre à MM. de Berne.

<sup>6</sup> Avant *irritum* on lit *irritare*, qui a été biffé.

<sup>7</sup> Éd. de Brunswick : « *id decretum.* » Farel fait allusion à la sentence prononcée contre lui, le 2 ou le 3 octobre, par les ambassadeurs bernois.

<sup>8</sup> La lettre de Farel du 9 décembre fait connaître le rôle que le gouverneur *Georges de Rive* joua pendant les troubles de Neuchâtel.

<sup>9</sup> *Le pôle arctique* est une allusion à la république de Berne, dont les armoiries portent un ours.

<sup>10</sup> Ici deux ou trois mots ont disparu.

<sup>11</sup> Il n'y eut pas de sang versé ; mais ce commencement d'émeute ayant été grossi par la rumeur publique, on crut à *Berne* et à *Bâle* que les Neuchâtelois étaient près de se battre (Voy. N°s 1062, 1068).



tos esse, et postea nihil ejusmodi attentare : qui non ausi fuerunt amplius de more insolescere. *Iustamus qua possimus lenitate, expectantes quem dabit exitum Dominus. Olfacio multa, nec levis est res; agitur enim per eos, qui non facile à captis desistunt.* Sed quid ad Christum eorum conatus et potestas? Hunc ergo præcæbimur ut se ducem hic præstet in piorum liberationem et impiorum dignam confusionem, nec patiatur apros vineam quam plantavit vastare, neque lupos gregem disperdere; nam in hoc toti sunt aliqui.

*Quid valeat pius collega, satis intelligunt qui adjuncti sunt fuci*<sup>12</sup>. *Non immeritò times ne priveris Vireto, quem unum habes; alii quicquid [feceris, te cent]ies*<sup>13</sup> *rapere in invidiam adituntur, et quicquid struere*<sup>14</sup> *contenderis, manibus et pedibus dissipabunt, si vel tantillum succedit, u]e surgat impedient*<sup>15</sup>. Christus Jesus tibi adsit, nec patiatur in isto suo agro bovi conjugi asinum<sup>16</sup>, quandoquidem istas copulas [non probat]<sup>17</sup> Dominus, sicut nec varia semina, quæ vereor istis seri. Premimur hinc inde, quod nos valde movere debet ad studiosè invocandum Dominum.

Qui tuas reddidit literas fortè aptior esset ad *ludum literarium* quàm ad ministerium Verbi. *Corderius* virum *Luteciæ* novit. Dispi-

<sup>12</sup> Édition de Brunswick: « Quid valeat pius collega, satis intelligo, cui adjuncti sunt fuci. » Ces deux variantes tordent complètement le sens de la phrase. En effet, les éditeurs disent en note: « Collegæ *Farelli* erant *Barbarinus, Malingrius* et *Capunculus*. » Sans parler de l'erreur qui consiste à transférer à Neuchâtel *Malingre*, qui était pasteur dans le Pays de Vaud, il nous semble que la suite du discours annonce clairement que le *pius collega* est *Viret*, et que les *fuci* dont il est parlé se trouvent à Genève. Ce sont *Edme Champereau, Jaques Bernard* et *Henri de la Mare* (Voy. n. 15). Jamais Farel ne s'exprima dédaigneusement sur le compte de *Barbarin*, pasteur à *Boudri*.

<sup>13</sup> Ici les vers ont opéré une lacune dans trois lignes successives; mais les vestiges subsistants des mots enlevés permettent de reconstituer le texte. Toutefois on pourrait supposer qu'au lieu de *centies* Farel a écrit *in dies*.

<sup>14</sup> Édition de Brunswick: *strenue*. Le mot *struere* est en opposition naturelle avec *dissipabunt*.

<sup>15</sup> Dans une longue lettre, écrite au mois de janvier 1542, *Calvin* se plaint, en effet, des manœuvres souterraines de *Champereau*, de *Bernard* et de *la Mare*.

<sup>16</sup> C'est à ce passage que fait allusion *Calvin*, dans sa réponse du 11 novembre, où il dit: « Plus satis verum esse experior quod scribis *de jugo inæquali*. »

<sup>17</sup> Édition de Brunswick: « istas copulas [non vult] Dominus. » Et, en note: « vel *detestatur*. »

ciendum esset ubi posset melius Domino servire : hic non videtur spes aliqua. Retinimus *Casparem*<sup>18</sup> hactenus, quem *Praefectus* et nos ludens differt, duas sedes *suo* servans<sup>19</sup>, ut si unam non possit, alteram det; nos interea parùm in re tam seria prospicimus. Quod scribis de *Christophoro*<sup>20</sup> valde probarem, sed vide quam sit ecclesiae plagam illaturus, qui hoc fecerit. *Mirè me torquet quod sentio imminere ecclesiis*, et ut omnia magis sint impedita, et veluti ruina ruinam excipiat; nam adest *Zebedæus*<sup>21</sup>. Omnia conantur nonnulli, ut introducant aliquem qui nihil seipsos obcuret, sed vita et moribus populum malè ad Christum affectum pertrahat in contemptum pietatis, ut passim videmus. Siquidem timent sibi plurimi ne nimis pios<sup>22</sup> reddant suae fidei commissos. Si daret Christus ut apud *pastores Beruenses* tantum per Dominum valeres, ut diligentius et consultius prospiceretur ecclesiis<sup>23</sup>, nec tantum possent ventris animalia, verùm plenè cognita cum omnibus suis technis in ordinem cogerentur, — foret hoc è re Ecclesiae<sup>24</sup>. *Placet valde quòd excitare studeas igniculos et scintillas verè in Christo amicitiae cum illis*<sup>25</sup>. Cupio ad perfectum perducì quod cœptum. *Ego ad Sultzerum scripsi*<sup>26</sup>, *sed me pudet. Nosti enim quàm sim ineptus : unde fit ut non nisi coactus scribam*<sup>27</sup>, *cum et sententiae et scriptura sint*

<sup>18</sup> *Gaspard Carmel*.

<sup>19</sup> Voyez la page 258, note 10.

<sup>20</sup> *Christophe Fabri*. Calvin aurait eu le projet de l'appeler de *Thonon à Genève*.

<sup>21</sup> Éd. de Brunswick : « *Nunc adest Zebedæus.* » La présence à Neuchâtel de ce pasteur d'Yverdon inspirait, sans doute, quelques inquiétudes à Farel.

<sup>22</sup> Éd. de Brunswick : *nos*. Si cette variante était plausible, la phrase n'aurait plus de relation avec *nos* qui précède.

<sup>23</sup> On a vu, par la lettre de *Sultzer* du 6 octobre, que la réconciliation de *Pierre Kuntz* avec Farel et Calvin avait été aussi complète que possible (p. 284). Farel devait le savoir. Il n'exprime donc pas un doute en disant : Si le Seigneur permettait que votre crédit auprès des ministres bernois fût assez grand pour obtenir d'eux, etc.

<sup>24</sup> La lettre que Farel écrit à *Pierre Kuntz* à la fin de novembre expose les mêmes idées.

<sup>25</sup> Calvin était trop intelligent pour ne pas répondre d'une manière affectueuse aux avances de *Kuntz* et de *Sultzer* (Voyez le premier et l'avant-dernier paragraphe du N° 1051, et la p. 293, lignes 2, 3, 17-20).

<sup>26</sup> Vers la fin de septembre, *Sultzer* avait écrit à Farel une lettre de consolation (p. 285, renv. de n. 8).

<sup>27</sup> A comparer avec la page 224, renvoi de note 4.

*obscuræ*. Demiror *Einarardum* [l. *Einarдум*] tamdiu in via hærerere. Si tu cupias quid egerit rescire, ego non minùs <sup>28</sup>.

*Hic tibi referet quid habeat negotii. Olim poteram nonnihil<sup>29</sup>, nunc tantum obesse valeo : ita mecum agitur!* Tu familiæ hujus rationem habebis. quò possit eam fovere in Domino, et per te et alios eum adjuvabis, et valebis bene, salutatis piis omnibus, ne *Viretum* præteream, minas et plagas ab eo passurus, ut abs te, ob tantam negligentiam. Et si non procul absint *vestræ in Domino sorores*<sup>30</sup>, *salvare istas uterque jubete, meque admonete, ut quæ anxietas, senium et negligentia mihi adimunt, vestra suppeditet diligentia virilis*<sup>31</sup>. Neocomi, 8 Novembris 1541.

FARELLUS TUUS.

(*Inscriptio* :) Quàm chariss. symmystæ Jo. Calvino, pastori gregis Christi. Genevæ.

## 1062

LE CONSEIL DE BERNE au Conseil de Bâle.

De Berne, 10 novembre 1541.

Minute orig. <sup>1</sup>. Archives de Berne. Copie communiquée par M. l'archiviste Rodolphe de Sinner.

(EXTRAIT. TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

.... Au sujet de votre dernière lettre, relative aux troubles qui se sont élevés à *Neuchâtel* contre *Farel*, sachez que nous y avons envoyé une seconde fois notre honorable, excellente ambassade, pour y remplir le rôle de médiatrice <sup>2</sup>. Elle y a trouvé les

<sup>28</sup> On peut en inférer que *Farel* n'avait pas encore reçu la lettre des ministres bâlois du 30 octobre (p. 296).

<sup>29</sup> Sous-entendu *Genevæ*.

<sup>30</sup> *Sorores* est mis ici pour *uxores*, comme dans la 1<sup>re</sup> Épître aux Corinthiens, VII, 15, IX, 5.

<sup>31</sup> Édition de Brunswick : *viribus*.

<sup>1</sup> Lettre résumée en allemand dans les Recès des Diètes suisses, volume de 1541-1548, p. 75.

<sup>2</sup> Rôle qu'elle remplit le 2 et le 3 octobre.

affaires en tel état, qu'on a lieu de craindre qu'il ne soit impossible, sans une grande effusion de sang, de maintenir *Farel* contre la majorité du Conseil et du peuple qui l'a déposé par une votation régulière<sup>3</sup> : telle est leur irritation contre lui, pour des raisons que ses adversaires s'abstiennent d'indiquer (comme ils disent) par respect pour leur honneur<sup>4</sup>. Cependant, si l'affaire suivait son cours, et que *Farel* ne voulût pas ménager ses propres intérêts, ils se sont offerts à exposer leurs griefs tout au long et à démasquer la grossièreté de *Farel*<sup>5</sup>.

Ayant considéré tout cela, — la faction de ceux qui sont partisans de *Farel*, et aussi les autres, et le pays divisé en deux camps, ce qui fait craindre un soulèvement et une pernicieuse sédition, — nos ambassadeurs ont moyenné un accommodement, savoir : que *Farel* devait rester à *Neuchâtel* encore deux mois, qui finiront dans trois semaines, à partir de dimanche prochain<sup>6</sup>, et que, dans l'intervalle, il devait se disposer amicalement au départ<sup>7</sup>.

Les deux partis sont demeurés en paix, excepté *Farel*, qui a fait entendre qu'il ne veut pour rien au monde se retirer, ni (comme il le dit lui-même) céder au diable, quand même il devrait en coûter du sang ou des gens<sup>8</sup>.

Nous vous laissons juger des conséquences qu'un pareil dessein aura à la fin des deux mois. Vous priant amicalement d'exhorter par écrit *Farel* à renoncer à son obstination, d'obtenir de lui une réponse (dont peut-être il ne voudrait pas nous favoriser) et de nous la communiquer<sup>9</sup>. Nous préviendrons ainsi, par des précau-

<sup>3</sup> Excepté le mémoire des adversaires de *Farel*, tous les documents neuchâtelois qui mentionnent cette votation en contestent la légalité.

<sup>4</sup> A comparer avec la note 2 de la p. 244.

<sup>5</sup> « *Pharelli unnglympff ze öffenen.* » D'autres auraient dit : la rude franchise de *Farel*.

<sup>6</sup> C'est-à-dire, dès le dimanche 13 novembre. Le terme des « deux mois » était donc le dimanche 4 décembre. Ce détail donne à penser que la sentence des ambassadeurs bernois avait été prononcée le lundi 3 octobre.

<sup>7</sup> Les arbitres ne s'étaient pas exprimés aussi absolument (pp. 280, 290, renv. de n. 7).

<sup>8</sup> Cette assertion nous paraît inexacte : elle est contredite par les lettres de *Farel* du 8 novembre et du 9 décembre, de *Fabri* du 24 novembre, des ministres neuchâtelois, de la fin de novembre et du 1<sup>er</sup> mars 1542.

<sup>9</sup> Nous supposons que le Conseil de Bâle chargea *Myconius* et ses col-



tions ultérieures, la funeste sédition que son entêtement pourrait provoquer, pour notre grand dommage. Sur ce, nous vous recommandons au Seigneur. Donné le 10<sup>me</sup> novembre 1541.

L'AVOYER ET LE CONSEIL DE LA VILLE DE BERNE.

## 1063

AMBROISE BLAARER<sup>1</sup> à Henri Bullinger, à Zurich.

De Constance, 10 novembre 1541.

Autographe. Arch. de Zurich. Cal. Opp. XI. 320.

S. Scripsi ad te nuper, mi charissime frater, additis *Actis illis comitorum Ratisponensium*<sup>2</sup>, quæ valde rogo ut nuncii opportunitatem nactus quàm primùm remittas, quò nostri quoque legant. Nunc unum illud scribo quod pius hic et eruditus vir *Erhardus*<sup>3</sup>, *Gallus quidem sed nunc Neocomensis urbis et agri fratrum legatus*, vel paucissimis tibi à me indicari voluit, nempe quò feliciùs suscepto munere fungatur, et à vobis quoque quæ ab *Argentoratensibus*, pariter et nobis, impetret<sup>4</sup>. Age igitur, mi venerande Bullingere, adesto optimo viro causam planè justam et optimam agenti, ut votorum suorum compos evadat. Rem omnem ex ipso bona fide audies. *Pessimum profectò exemplum fuerit, si vel semel præclarus aliquis, qualis etiam Farelus est, ecclesie Christi minister, quorundam libidini et insolentie cedere cogatur*, in iis puto locis ubi Christi verbum receptum est. Quare nemo, puto, bonus non existimabit *fortiter hic principis obstandum* : vos præcipuè, qui vestrum hunc locum præter cæteros valde quàm constanter tue-

lègues d'écrire, en son nom, à Farel, et que celui-ci, ne voulant pas plaider sa propre cause, laissa à la Classe de Neuchâtel le soin de répondre : ce qu'elle fit en recourant à la plume de l'excellent Mathurin Cordier (N<sup>o</sup> 1073).

<sup>1</sup> Voyez, sur *Ambroise Blaarer*, le t. III, p. 129.

<sup>2</sup> C'étaient probablement *les Actes du Colloque de Ratisbonne*, publiés par *Bucer* au mois de septembre (p. 217, n. 3).

<sup>3</sup> Lisez *Enardus* (Eynard Pichon).

<sup>4</sup> C'est-à-dire, des lettres favorables à la cause de Farel.

mini. Bene vale, mi charissime et optime frater. Salveat tota tua domus cum omnibus administris tuis in Domino. Nostri omnes amanter et reverenter vos optant in Domino valere, cui ut sedulò nos commendetis iterum atque etiam rogamus. Constantiæ, 10 Novembris anno 1541.

T. ex animo AMBR. BLAUBERUS.

(*Inscriptio* :) Clarissimo viro D. Heinricho Bullingero, Tiguricensi antistiti incomparabili, fratri suo cumprimis colendo et charissimo.

## 1064

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Genève, 11 novembre 1541.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Epp. et Resp. 1575, p. 32. Calv. Opp. XI, 321.

*Non est quòd de mea expostulatione sis multùm sollicitus : magis enim jocarì tecum quàm seriò conquerì volueram. Satis enim scio me animo tuo non excidisse, etiam si centies in literis prætereas<sup>1</sup>. Itaque te securum esse hac parte jubeo. Utinam tam facilis esset tibi compositio cum iis qui te et ecclesiam tuam vexant et fatigant! Quanquam, ut dicis, bellum cum mundo et carne reformidare non debemus, si Christo servire liceat, imò ex animo appetendum est : sed tamen optandum est, ut quidquid hodie cum Christo bellum gerit, in voluntariam obedientiam potiùs se dedat, quàm vi et armis subactum frangatur, non corrigatur. Verùm quoniam vult nos exercere Dominus in sua militia, nec quiescere nos patitur, pugnemus sanè forti et constanti animo : modò iis armis quibus nos instruxit. Nam sub ejus auspiciis victoria semper erit in manu.*

*Quòd cœna Domini celebrata est, præsertim cum hac denunciatione quam refers<sup>2</sup>, erit optima ratio, ut spero, ad recolligendam ecclesiam. Et audio ea moderatione quam nunc adhibes, partim*

<sup>1-2</sup> Voyez le premier et le deuxième paragraphe de la lettre de Farel du 8, à laquelle celle-ci répond.

sedari, partim frangi multorum animos. Dum succedit, nihil omittas quod ad sanandum vulnus quovis modo valeat. Erit hic pulcherrimus triumphus, si Satan cum paucis antesignanis à sua acie deseratur. *Quod ad nostras rationes attinet, plus satis verum esse experior quod scribis de jugo inæquali<sup>3</sup>, sed tolero quod tollere non licet. Itaque si mihi Viretus auferatur, prorsus perii* : nec ecclesiam hanc salvam retinere potero. Quare te et alios ignoscere mihi par est, si omnem moveo lapidem, ne eo spolier. *Volo interim consultum Lausannensi ecclesiæ<sup>4</sup>, idque ex piorum fratrum sententiâ et tuo quoque ipsius arbitrio : tantum ille mihi maneat.* Id Bernæ nervis omnibus contendo<sup>5</sup>; verum ne in malam partem fratres acciperent, si ipsi præteritis ad alios me converterem, nuper veni *Viriacum*<sup>6</sup>. Effeci illic meis rationibus quod vix sperabam : ut non modò annuerent se minimè intercessuros, si *eum* nobis concederent *Bernates*, sed assererent sibi videri ex communi ecclesiarum bono fore, si mihi ad tempus adjungeretur. Hic nolim te multis hominibus, alioquin non facillimis, esse morosiozem : nam plus multo hic negocii nobis est quàm putas.

*Plebem habemus utcumque obsequentem. Conciones saltem frequentantur diligenter : mores satis sunt compositi, sed multum adhuc vitii et in capite et corde* : quod nisi curetur sensim, vereor ne in pessimum ulcus demum erumpat. Cum illis intestinis malis et absconditis pugnatur non sine magna difficultate, ut bene nosti; et *scis quales habeam commilitones, hoc remoto*<sup>7</sup>. Fratri<sup>8</sup> consuluimus fideliter quod videbatur. Cæterum quoties volet, reperiet me ad omnia paratum : verum ideo nunc supersedi, quod non putabam esse utile. Si dissentias, sequar te potiùs, nec quidpiam eorum quæ mihi injunges detrectabo. Quamdiu aliquid valebimus *nos duo*<sup>9</sup>, non est quod queraris te nihil posse : scis enim nos esse penitùs tuos. Vale, optime et integerrime frater. Saluta diligenter omnes,

<sup>3</sup> A comparer avec le N° 1061, renvoi de note 16.

<sup>4</sup> Voyez la lettre de Calvin du 15 octobre, p. 293, 1<sup>er</sup> paragraphe.

<sup>5</sup> Nouvel indice que, depuis son retour à Genève, Calvin avait écrit à Pierre Kuntz et à Simon Sultzer.

<sup>6</sup> *Vevey* était un lieu central pour la Classe de Lausanne. Elle avait dû s'y réunir dans les premiers jours de novembre.

<sup>7</sup> Ces *commilitones* de Calvin (si P. Viret lui était enlevé) se réduisaient à *Champereau*, *Bernard* et *de la Mare*, que Farel appelle des *fuçi* (N° 1061, n. 12).

<sup>8</sup> Le frère recommandé par Farel le 8 novembre.

<sup>9</sup> Viret et Calvin.

*Corderium* præsertim, cui cum primùm licuerit respondebimus. Totam familiam cupimus esse salvam. Genevæ <sup>10</sup>.

(*Inscriptio* :) Optimo et charissimo fratri meo G. Farello, Neocomensis ecclesie pastori fidelissimo.

## 1065

LE CONSEIL DE ZURICH au Conseil de Berne <sup>1</sup>.

De Zurich, 14 novembre 1541.

Manuscrit original. Archives de Berne.

(TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

Pieux, prudents, honorables, sages, particulièrement bons amis et fidèles chers Confédérés! Tout d'abord, nos amicaux, empressés services, avec tout honneur, amour et amitié qui sont en notre puissance.

Nous sommes avertis par *les Évangéliques de Neuchâtel* que malheureusement il s'est élevé des troubles, à cause du Docteur *Farellus*, leur prédicateur. Quelques-uns d'entre les Neuchâtelois ont essayé de le chasser, parce qu'il a entrepris d'établir au milieu d'eux la discipline matrimoniale et l'honnêteté, et d'extirper les vices. C'est une raison de craindre, que si les efforts des malintentionnés réussissent, cela ne donne chez eux et ailleurs un mauvais exemple.

Nous sommes informés que vous avez eu une ambassade à *Neuchâtel*, en même temps que d'autres villes et voisins, et nous savons que vous ne restez jamais en arrière, chaque fois qu'il s'agit d'apaiser de pareils troubles ou d'avancer l'honneur de Dieu. Nous n'en avons pas moins, par notre lettre <sup>2</sup>, exhorté de la manière la plus cordiale les susdits Neuchâtelois à vivre en paix

<sup>10</sup> La date est fixée par cette note de Farel : « 11 novembris 1541. »

<sup>1</sup> Analysée dans les Recès des Diètes, volume cité, p. 86.

<sup>2</sup> Lettre envoyée probablement avec celle des ministres zuricois du 15 novembre (N° 1066).



et dans l'union. Puisque vous avez sur eux une plus grande influence que nous, et que vous leur êtes unis plus étroitement par combourgeoisie et relations d'amitié, nous vous prions très amicalement d'agir encore pour le mieux, comme auparavant, et d'y tenir fidèlement la main, [pour voir] si vous ne pourriez pas faire cesser les dits troubles par des moyens opportuns, et maintenir ultérieurement dans son église Monsieur le susmentionné Docteur, puisque c'est lui qui l'a, pour ainsi dire, réformée et édifiée.

Vous ferez là bien certainement une œuvre agréable à Dieu, et à nous une gratuité, et nous voulons en tout temps la reconnaître cordialement. De Zurich, le lundi après la Saint-Martin, l'an, etc., 1541.

LE BOURGMESTRE ET LE CONSEIL DE ZURICH.

(*Suscription :*) Aux pieux, prudents, honorables, sages, l'Avoyer et le Conseil de Berne, nos particulièrement bons amis et fidèles chers Confédérés.

1066

LES MINISTRES DE ZURICH au Clergé, aux Magistrats et au peuple de Neuchâtel.

De Zurich, 15 novembre 1541.

Copie contemp. Arch. de Zurich. Calv. Opp. XI, 339.

Gratiam et vitæ innocentiam a Domino! *Dolemus ex animo, fratres in Domino dilectissimi colendissimique, scissam esse nonnihil ecclesiam vestram, quod certò constet schismate non esse aliud virus pestilentius Ecclesie.* Certè Dominus noster Jesus Christus nihil perinde inculcavit suis atque fratrum concordiam et Ecclesie unitatem, charitate suam familiam ceu nota certissima ab aliis omnibus interstinguens. Sed et vas electionis Paulus ad hoc omnes vocat et id unicè in votis habet, ut omnes in Christo unum sapiant. Nam, obsecro vos, fratres, ait, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idem loquamini omnes et non sint inter vos dissidia, sed sitis integrum corpus, eadem mente et sententia. Verùm inimicus salutis nostræ hoc diligentius concordie vinculum dissolvere

satagit, quò intelligit clariùs in unitate et concordia fratrum summam versari religionis veræ. quam iste nunquam non cupit labefactatam atque subversam. Id quod laud dubiè et apud vos ambivit, adeoque et impetravit hujus nonnihil, quod tamen non diu retinebit, si modò vos ad Christum regem et Dominum nostrum, qui illum nobis vicit, conversi, ordine quisque suo firmiter consistentes, adversùs illum fortiter pugnarit, et fecerit officium quod singulis à summo imperatore injunctum est. Neque enim frustra dictum est ab Apostolo : « Subditi estote Deo. resistite autem diabolo, et fugiet à vobis; appropinquate Deo et appropinquabit vobis. »

Hæc autem sunt, Farelle in Domino charissime et venerande frater, quæ à te, ut à primo *ecclesie Neocomensis* pastore, requirit Dominus : ut videlicet pascas gregem Christi, quem acquisivit sanguine suo, pascas autem Verbo veritatis et vitæ, ac secundùm institutionem Christi pastoris summi, dicentis ad apostolos suos : « Sic oportebat Christum pati et resurgere à mortuis tertio die, et prædicari nomine ejus pœnitentiam ac remissionem peccatorum. » Porro *qui verè docet pœnitentiam, is profectò conversionem ad Deum, aversionem autem ab omni malo et à sceleribus constantissimè suadet* : quemadmodum videmus fuisse Joannem Baptistam præcursores Domini. Ergo scelera, qualia et quanta sint, exactè describat et disertè accuset atque damnet necesse est, quisquis verè et secundùm regulam Christi pœnitentiam prædicat. Ubi enim vitia virtutum inducunt vocabula, ibi pro virtutibus scelera regnant, et ibi fœditas criminum non agnoscitur, ibi à criminibus disceditur tardiùs. Nam scelerati non intelligunt, tam spurcam esse vitam suam quàm revera est in conspectu Domini. Quomodo enim intelligant ex civili et involucris obvelato sermone, nisi minister loquatur disertè, ac ficus ficus, quod et proverbio celebratur, ligonem ligonem appellet? *Colligimus ergo tuarum partium esse, Farelle optime, peccata atque scelera populi disertè et citra involucrum, interim tamen cum prudentia et gravitate, pro loci et temporis qualitate designare accusareque, denique et insequi intrepidè.* Possemus quæ proposuimus hactenus commonstrare præceptis atque exemplis Christi, prophetarum et apostolorum, nisi sciremus eo labore nos apud te, rerum sacrarum peritissimum, aquam derivare in oceanum. *Ceterùm vulnere inflicto jussit idem ille magister vite medelam adhibere Christi meritum, præteritis et rejectis omnibus aliis medendi rationibus. Quæ tametsi præsentissima sit ac pretiosissima, exoritur tamen ex ipsa ministerio et ministris varia tenta-*

tio, odium mundi et persecutio gravis. Prædixit hoc futurum ipse Dominus in Evangelio, et ita factum esse confirmant exempla apostolica, quæ te consolantur haud dubiè, si paria cum ipsis odia propter veritatem sustines, cogitans utique nihil novi tibi obvenire a Domino. Quinimo *spiritus Domini et exempla apostolorum pollicentur, eos qui oderunt aliquando infensissimè mox amatuos ardentissimè*. Nosti quid usu venerit Galatis et Paulo, quid Athanasio et Alexandrinis, multisque aliis ecclesiarum præsidibus cum suis ecclesiis. *Proinde non putamus tibi, frater in Domino venerande, ob commotam turbam et odia multorum, relinquendam esse ecclesiam. Speramus enim amatuos te aliquando sobrios qui nunc, affectibus abrepti, te plus quàm Vatiniano odio persequuntur*. Præterea Dominus in Evangelio : « Quicumque, ait, non exceperit vos neque audierit sermones vestros, exeuntes ex ædibus aut ex civitate illa excutite pulverem pedum vestrorum. » Ergo quicumque excipiunt et audiunt te verbum Christi prædicantem non sunt relinquendi. Venit Corinthum apostolus, prædicavit verbum salutis; sed erant qui audire rennerent, erant qui ex animo verbum Evangelii cuperent: quos neutquam sibi tantus apostolus deserendos propter insolentiores relicta urbe putavit. Perdurato ergo et tu in ministerio tuo, ad quod vocatus es. Ora Dominum autorem et amatorem pacis, ut oves tuas sibi aliquantulum ereptas restituat, ut ad ovile redeant, disciplinam et correctionem non fugiant. *Interim cum Paulo in omnes te formas converte, ut aberrantes reducas in viam salutis*. Hæc, inquam, et his similia existimamus tui esse officii, ô pastor bone : quæ si summa fide et diligentia, religione et prudentia exequutus fueris, nihil dubitamus Satanam, nunc nonnihil triumphantem, prostratum iri, captivumque nunc denuo Christi virtute per te ducendum fore. Id quod tibi concedat Christus victor! Amen.

*Ad vos autem, ô fratres symmystæ, pastores ac prædicatores evangelii filii Dei, per ecclesias urbis et agri sive comitatus Neocomi, ipse Salvator noster in Evangelio dixit : « Vos estis sal terræ; quòd si sal infatuatus fuerit, quo salietur? ad nihil valet ultrà, nisi ut projiciatur foras et conculcetur ab hominibus. » Intelligitis, pro eruditione et pietate vestra, quid expectetis et quid vobis metuendum sit in præsentis negotio Favelli, si fueritis insipidi, imprudentes et ignavi*. Sal acrimonia sua servat à putredine et corruptione. Vos itaque pietate, consilio, prudentia ac sedulitate conservate ecclesias vestras et ministeria commendata a Domino. *Luxatum verò*

*erit ministerium vestrum, si propter parrhesiam pelletur Farellus, neque verò et ecclesiæ vestræ salvæ esse quibunt, sine idoneo et heroicis facultatibus donato ac insigni quopiam ministro, qui in urbe vestra primariâ curam gerat et urbicæ ecclesiæ et omnium pariter ecclesiarum vestrarum in agro. Quem autem invenietis, queso, Farello isto nostro (absit verbo invidia!) idoneum rei tantæ magis? Farellus pius est, sanctus, prudens, temperans, fortis, intrepidus, doctissimus et eloquentissimus: denique optima quæque dona, quæ requiruntur à fidei episcopo, divina bonitas in hunc unum transfudit liberalissimè. Sed et multa per eandem Dei gratiam diutino usu et exercitatione varia didicit; præterea senex est et senescendo permulta ridit. Hujus ministerio prima apud vos rudimenta ac fundamenta religionis veræ jacta sunt. Hujus ministerio usus est Dominus ad res maximas, et extant ubique quàm plurima apostolatus ejus egregia testimonia. Sustinuit ille in corpore suo persequutiones ac verbera propter Dominum. Perseveravit hactenus in summis periculis invictus in præconio et confessione veritatis. Unde et magna et illustris est Farelli fama ac gloria in Christo apud Germanos, qui hoc nomine hactenus Neocomensium ecclesiam judicavimus felicissimam esse, quæ a Domino tantum accepisset ministrum. Idcirco non oportebit eos, ô fratres, facilè admittere ut vir tantus, præter meritum et indicta causa, pellatur. Sal estis ecclesiarum vestrarum: prudentes ergo et constantes estote, curate ut valeant leges et jura. Agite quod ab apostolorum temporibus semper egit Christi ecclesia. Convocetur ergo synodus ex pastoribus, seuutoribus, adeoque ex ipsa plebe optimi quique et sanctissimi. Vocentur et Farelli accusatores. Audiatur, cognoscatur et discutiatur causa diligentissimè ac justissimè æquissimèque. Quòd si quid deprehensum fuerit a Farello esse peccatum, age, memores estote verborum apostoli dicentis: « Adversus præbyterum accusationem ne admiseris nisi sub duobus aut tribus testibus: eos autem qui peccant coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant. » Quòd si nihil peccavit Farellus, ne admittatis ut ex ecclesia, quæ nomen Christi adhuc confitetur et in qua jura ac leges valere adhuc videri volunt, ejiciatur. Alioqui enim factum hoc improbissimum malum exemplum dabit omnibus aliis ecclesiis. Sed et hostes nostri papistæ damnabunt hanc levitatem, quam ipsi nunquam admitterent. Jam et tanta injustitia et libido infirmis quibusque offensionem suppeditabit non exiguam.*

Interea verò dum hæc summa fide agitis, orate quoque Domi-



num Deum ut is omnibus consiliis et factis vestris dexter affulgeat; docete omnes iudicium Dei, exhortamini omnes ad pœnitentiam. proponite minas et iram Domini; inprimis autem cavebitis ne ille, citra vestra suffragia, privetur ministerio, qui non sine vestris calculis ministerio inauguratus est, et huic initiatus mysterio. Dominus autem largiatur vobis, per filium suum Dominum Jesum, spiritum sanctum, qui in hoc negotio sanctè vos dirigat! Amen.

*Et tu, sanctissime senatus, patres ac Domini colendissimi, audite vocem Domini Dei vestri per prophetam clamantis : « Si audieritis omnia quæ præcepero vobis et ambulaveritis in viis meis, feceritisque quod rectum est in oculis meis, custodiatis statuta mea et præcepta mea, ero vobiscum et ædificabo vos. » Neque enim Hieroboamo hæc duntaxat, sed omnibus in eminentia constitutis dicta sunt. Cæterùm auditis quæ præcepit vobis Dominus, cum ministros verbum Evangelii prædicantes nomine Christi auditis. Et sicut ipse præcepit docere, sic sinite, queso, ministros docere, nulla regula alia docendi ipsis præscripta : ne Dominus gravia illa in vos detonet quæ leguntur apud Isaiam in 30. cap. in hæc verba pronunciata : « Populus iste amarus ac rebellis est et filii falsi, filii qui renuunt audire legem Domini. Nam dicunt prophetis : Nolite videre! et episcopis : Nolite nobis prospicere recta, sed loquimini nobis blanda, videte errores. » Atqui vos, Domini et fratres colendissimi, non estis in quos dira hæc insideant. Cavete tantùm porrò ne ullum apud vos locum inveniant unquam.*

*Jam verò statuta Domini ritus sunt ecclesiastici ad exercendam religionem et fidem instituti, et ut consercetur in pace ecclesia. In his autem ita ut instituit ambulare, et non supra legislatorem et decreta Dei elevari convenit. Noluerunt apostoli Domini esse sine disciplina ecclesiam : statutum ergo Dei est disciplina ecclesiastica. Eam cum revocata cupiunt ministri ecclesiarum, sancti magistratus est auxiliares porrigere manus et juvare, quò certa sit ratio admonendi peccatores et coercendi flagitiosos. Quis enim in privatis ædibus ferat familiæ petulantiam nimiam? Et pastores populi a Deo ordinati ferent licentiosam in ecclesia quorumlibet libidinem? Statutum apostolicum est ut episcopi, id est, pastores sive concionatores ab ordinatione episcoporum non secludantur. Nam qui, obsecro, meliùs et rectiùs de doctrina et vita pastorum judicabunt quàm ipsi pastores? Rectè ergo primum consilium de eligendo pastore fit à pastoribus. Rectè verò et senatus sive presbyterorum accedit calculus. Rectissime verò electus toti populo, cui præficien-*

dus est, ab aliis proponitur qui totius ecclesiæ præsidēs sunt, ut communibus votis omnia agantur in ecclesia. Sic autem factum esse olim, et eum ad modum ordinatos pastores per manuum impositionem, testantur post Acta Apostolorum etiam sinceriores canones et ipsum adeò jus imperatorium, quemadmodum videre est in nonnullis constit. 1.2.3. *Sic hodie quoque observatur et sanctè custoditur pastorum ac ministrorum ordinatio in ecclesia nostra Tigurina. Cæterum, quem non nisi pastorum consilio recipitis, eundem pari ratione non sine iudicio et consensu episcoporum ab officio removebitis, si modò in statutis Domini ambulare volueritis. Et certè exigit à vobis Dominus non tantùm ut sciatis et audiat verbum ac statuta ejus, quin potiùs ut in præceptis ejus ambuletis et statuta ejus faciatis. Talibus enim promittit se affuturum, tales promittit se ædificaturum. Quamvis ergo artibus suis nonnihil sanctum Dei ædificium apud vos concusserit Satanas, ruinas tamen adhuc arciores facilè reparabitis, si non defueritis vestro officio, sed secundùm verbum Dei et apostolica veterisque ecclesiæ exempla Favelli causam agi sustinueritis, defenderitisque innoxios, assertis interim et utilibus ecclesiæ legibus. Dominus adaugeat vobis fortitudinem et virtutem! Amen.*

*Tu verò popule, grex ovium Christi, expende, quæso, apud temet ipsum, positis paulò affectibus, quos tibi præfecerit pastores divina bonitas, cordatos, pios, fideles, veraces et ubique optimos et laudatissimos viros. Expende, quæso, quantum sit peccatum coram Domino talibus rebellare. Expende quid usu venerit patribus in deserto contra Moysen et seniores murmurantibus et insurgentibus. In Hierosolymita gravissima dixit Dominus noster Jesus, quòd antistites religionis et doctores pietatis apostolos et apostolicos viros persequerentur. « Veniet super vos, inquit, omnis sanguis justus qui effusus est super terram, et relinquetur vobis domus vestra deserta. » Cavete, cavete, fratres charissimi, ne de horum grege sitis, qui ingratitude et rebellionē in se divinum provocant iudicium : quin amate potiùs præpositos vestros et obedite illis. Non nescitis, gravissima extare exempla ubique testantia, pulsus fidelibus doctoribus præter meritum, simul et felicitatem populi magnam et pacem ecclesiæ esse repulsam atque dissipatam.*

*Si nulla alia dissidii vestri causa est quàm Favelli liberior ac severior objurgatio, cogitate qualia sint exempla prophetarum et apostolorum; cogitate quid pastori cuilibet præcipiat pastorum princeps, cogitate quales sint mores mundi et quid communis mereatur cor-*

*ruptio. Profectò nos persuademus nobis, infelicissimos vos futuros, nisi talis esset Farellus qualem esse multi nollent. Pater est, nobis credite, Farellus, qui zelo ardet sancto erga liberos, quique ingenuè agere novit, adulari et palpare nunquam didicit. Et o utinam plures hodie haberemus hujusmodi pastores! Ita enim melius ac rectius haberent res ecclesiasticæ. Fuerunt apud gentiles qui maluerunt relegari ad corvos quàm ad adulatores: minùs itaque pietas vestra Farelli ingennitate offendi debet. Proinde si quid hactenus ex affectu per indignationem et iram à quoquam vestrum conceptum aut designatum est contra Farellum, oramus per dilectionem Christi ardentissimam et mortem ejusdem amarissimam, ut posito affectu nullum porrò locum detis diabolo, sed singuli invicem condonantes delicta atque peccata, principio inter vos omnes, deinde cum Farellò, fideli pastore vestro, redeatis in gratiam. Imò si qua consolatio in Christo est, si quod solatium dilectionis, si quæ communio spiritus, si qua viscera ac miserationes, complete gaudium nostrum, ut similiter affecti sitis, eandem charitatem habentes unanimis, idem sentientes, ne quid fiat per contentionem et inanem gloriam, sed per humilitatem animi alium quisque se præstantiorem existimet, ne sua quisque spectetis, sed unusquisque quæ sunt aliorum.*

Hæc scribimus vobis, Domini ac fratres colendissimi, disertè, ingenuè, candidè, et citra omnem fucum, quia amamus vos et bene vobis esse cupimus: ita servet nos Christus. *Amavimus autem candorem vestrum jam annis aliquot, libenter audivimus de prompta vestra obedientia et studio erga pietatem liberali, deque constanti firma.* Hoc ergo nunc magis indoluimus de dissensione illa vestra. Sed speramus nubeculam illam, quæ modico tempore oculos vestros conturbavit, nunc per divinam gratiam protinus disparituram. Dominus Jesus redigat vos omnes spiritu suo sancto in concordiam arcissimam et stabilissimam! Oramus vos, fratres, et precibus vestris nostri nostrarumque ecclesiarum memores sitis apud Dominum. Tiguri, 15. Novemb. anno Domini 1541.

Vestri amantissimi, studiosissimique

LEO JUDÆ, CASPAR MEGANDER, ERASMUS FABRITIUS, CONRADUS PELLICANUS, THEODORUS BIBLIANDER, HEINRYCHUS BULLINGERUS, ac reliqui ministri ecclesiæ Tigurinae.

(*Inscriptio* :) Fidelissimis ecclesiarum ministris, Præfecto, Senatui utrique totique populo apud Neocomum, fratribus ac Dominis charissimis colendissimisque.

## 1067

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Montbéliard, 15 novembre (1541).

Inédite. Autographe. Communiquée par M. Henri Lutteroth.

S. Scripsi paucis diebus supra ad *Barbarinum*, per fratrem quendam, quem hinc puto futurum Diaconum<sup>1</sup>, per quem cupio intelligere quo in loco sint res vestrae. *Qui tibi hanc epistolam reddidit vixit hic satis diu cum Erasmo*<sup>2</sup>, *piè et honestè, Losannam-que ad Cornelium*<sup>3</sup> *proficiscitur*, sperans fore ut conditionem illic inueniat, quod nunc *Schole nostrae*, gratia Christo, satis prospectum sit. *Qui Metis praesunt statuerrunt nihil innovare ante futurum Concilium, quod Caesar Germanis promittit intra annum*<sup>4</sup>. Scripseram ad te, puto, per *Hoseam*<sup>5</sup> ut quae de *Principe nostro* et fratribus sparsisset *Foretus*<sup>6</sup> significaretur nobis, quò nos saltem adversus illius calumnias purgaremus. Sed nihil interea hac de re significatum est nobis, quòd fortasse in ea sitis sententia, ut illa Domino punienda relinquamus, de qua re poteris me reddere certiolem. Vale in Domino Jesu, frater mi charissime, et mei memor esto in tuis erga Dominum sanctis precibus. Monbelgardi, 15 Novembris (1541)<sup>7</sup>.

Tuus ex animo P. TOUSSAIN.

Hodie hac iter fecit *Joan. Sturm* in *Galliam* proficiscens<sup>8</sup>, qui

<sup>1</sup> Le 16 février (p. 24) Toussain demandait un diacre pour la ville de Montbéliard.

<sup>2-3</sup> Les frères *Érasme* et *Jean Corneille* ou *Cornier* (p. 83, 134, 182).

<sup>4</sup> Voyez la p. 218, notes 1, 8-9 et, sur l'état des esprits à *Metz*, la lettre de Calvin du 25 juillet, p. 196, lignes 3-7.

<sup>5</sup> Peut-être *Pierre Trimund*, surnommé *Ozias* (VI, 212, 232, 233).

<sup>6</sup> *Pierre Foret*, avant d'être expulsé du pays de Montbéliard, avait promis de ne se plaindre ni de ses juges, ni de ses anciens collègues. Il ne tint pas sa parole, après qu'il eut été reçu à *Moudon* en qualité de pasteur (p. 216, 220, 238, au bas).

<sup>7</sup> Le millésime est déterminé par les faits indiqués aux renvois de note 4, 10, 11.

<sup>8</sup> François I employait volontiers *Jean Sturm* comme agent auprès des

tibi salutem plurimam adscribit : ex quo intellexi *Bucerum Bernatibus* et vestris hominibus diligentissimè scripsisse<sup>9</sup>, quæ res magno mihi fuit gaudio. *Scis, puto, Capitonem obiisse*<sup>10</sup>, *Buceri uxorem*<sup>11</sup> et aliquot ex illius liberis. Dominus iratus est nobis.

(*Inscriptio* :) Fideliss. Neocomensis Ecclesie pastori Guilielmo Farello. Neocomi.

princes de l'Allemagne, et ceux-ci l'accueillaient avec confiance. — Pendant l'été de 1541, Sturm se rendit à *Lyon*, d'où il ne revint à Strasbourg que vers la fin d'octobre; peu de jours après il repartit pour *Paris*, où, dans le courant de décembre, il eut plusieurs audiences du Roi (Ch. Schmidt, o. c. 50, 55).

Des relations d'amitié entre *Sturm* et *Farel* existaient déjà en 1539 (VI, 119, 129). Ils avaient pu se voir à la diète d'Haguenau, en juin ou en juillet 1540, et plusieurs fois dès lors à Worms et à Strasbourg.

<sup>9</sup> Ces deux lettres de *Bucer* (aux pasteurs de Berne et à l'église de Neuchâtel) furent écrites à la sollicitation de Calvin (p. 292, 293, 298). On n'a conservé que la seconde (N° 1057).

<sup>10-11</sup> *Capiton* mourut le 4 novembre. *Élisabeth Pallass*, femme de *Bucer*, quelques jours plus tard (P.294.— J.-W. Baum. *Capito und Butzer*, p. 529. — *Calvini Opera*, XXI, 285).



CORRESPONDANCE

DES

RÉFORMATEURS

QUATRIÈME PÉRIODE

Depuis l'acceptation des Ordonnances ecclésiastiques à Genève  
jusqu'à la ruine du parti des Libertins.

1541—1555



LES PASTEURS DE BALE aux Pasteurs de Neuchâtel.  
De Bâle, 24 novembre 1541.

Copie contempor. <sup>1</sup> Bibl. de Zurich. Calv. Opp. XI, 346.

Salutem et pacem! *Egimus apud senatum nostrum omnia quae potuimus, juxta instructionem literarum cestrarum* <sup>2</sup>, *de negotio Farelli*, et illud effecimus ut Senatus apud *Bernenses* tabellione misso <sup>3</sup> nihil omiserit quod ad concordiam conficiendam inter pastorem et oves aliquid momenti habere potuit. *Scriptissimus et nos ad fratres Bernensis ecclesiae* <sup>4</sup>, obsecrantes in hoc essent, ut ad eandem concordiam omnibus viribus magistratus ipsorum intenderet <sup>5</sup>. *Idem petiimus à vobis, senatu cestro et Farello* <sup>6</sup>. *Verum ubi responsum maximè à vobis expectavimus, ut si opus esset meliùs agere possemus, vobis tacentibus tam horrenda senatus noster accepit* <sup>7</sup>, *ut ex ipso nemo non fuerit turbatus, è nobis autem, postquam eadem ad nos quoque per ipsum devenerant, turbatissimus.*

Erant autem ea *de seditione ex qua timebatur sanguinis multi*

<sup>1</sup> Elle est de la main d'Oswald Myconius.

<sup>2</sup> C'est la lettre-circulaire écrite entre le 2 et le 10 octobre et adressée aux ministres des Villes évangéliques (N° 1050).

<sup>3</sup> Messenger qui portait la lettre du 7 novembre (N° 1060).

<sup>4</sup> Nous doutons que cette lettre ait été conservée.

<sup>5</sup> Les ministres bernois étaient tout disposés à agir dans ce sens (N° 1051).

<sup>6</sup> Allusion à la lettre des ministres bâlois du 3 novembre.

<sup>7</sup> Ils veulent parler des nouvelles très inquiétantes que le Conseil de Berne donnait, le 10 novembre, à celui de Bâle.

*effusio, si Farellus pertinaciter Neocomi durare præsumeret. Et scripserat quidam Farellum ita statuisse*<sup>8</sup>. Nos statim : si hoc verum est, *Farellus* non agit virum evangelicum. Nam qui talis est Christum servatorem docet mundi, et si quis repugnarit, se ipsum, non alios, ut quod docuit confirmet, exponit morti. Si viderit seditionem futuram, lubens, ut eam præcaveat, cedit, ne sit in culpa ut sanguis fundatur. Novit enim quàm id sit grave et grande peccatum coram Domino, præbere occasionem, ut sanguinem quis, præter necessitatem et præter auctum fidei, perdat. Et ita quidem agit in negotio summo de fide Christi. In aliis verò quæ possunt accidere, qualia sunt bona opera et peccata, tam abest ut tumultuetur, ut à corripiendis sceleribus ad tempus, et certo quodam modo ab adhortatione etiam bonorum operum, tantùm ut servet prædicationem pœnitentiæ et Evangelii integram, absteineat. Hic autem accipimus, contentionem non fieri ob fidem Christi, sed ob nescio quod scortum : igitur *quidquid erat patiendum magis, quàm ut res ad seditionem exacerbata fuisset*. Nihil in seditione boni, mala autem sunt innumera. Et, ut reliqua taceamus, *illud tacere nec licet nec libet : scandalum quod totam Galliam pertransiturum esset à seditione ista, et effecturum, ut vetus opinio de evangelio seditioso*<sup>9</sup> *robur acciperet, et in futurum nunquam aboleretur*. Quòd verò *Galliam* præcipuè nominamus, vestra causa fit : nam *scimus quàm omnibus votis in hoc sitis ut regnum illud totum aliquando illustretur donis spiritus sancti*. Alioqui quid putatis finitimas quasque regiones, maximè impias, inde calcaris accepturas ad pertinaciam contra novam (ut est papatui certè nova) doctrinam ?

*Tametsi verò de Farello nihil sinistri concipimus, monemus tamen, si res sic ut accepimus habent, cedat potius quàm seditionis vel speciem excitet, etiam in justissima causa*. Gladium venit Christus mittere in terram, non pacem. Sed, bone Deus, quàm longè alia ratione. Quocirca rogamus et obsecramus, *si migratio Farelli seditionem poterit abscindere, viro velitis potius carere, quàm videre sanguinem ob peccatum, sine fructu Evangelii, per seditionem fundi*. Hoc enim nisi fiat, indignationem Domini non effugietis. *Farellum* novit Dominus sustinere, ut non sit opus eam ob rem curis se

<sup>8</sup> Ce bruit était sans fondement (N° 1062, n. 8).

<sup>9</sup> Les détails rapportés par *Georges Grivat*, dans sa lettre du 11 décembre 1534 (III, 232), expliquent ce qu'on entendait alors par *évangile séditieux*.

macerare quenquam. Boni consulite exhortationem nostram.  
Valete in Christo.

Basileæ, 24. Novembris anno 1541.

FRATRES PAROCHI BASILIENSES VESTRI.

## 1069

CHRISTOPHE FABRI à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Thonon, 24 novembre 1541.

Inédite<sup>1</sup>. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. ac paterni Consolatoris invincibilem virtutem et energiam, ad sinistra quæque inconcussa fide et patientia infractoque ferenda animo! *Hactenus negotii istius progressum satis anxie expectavimus*<sup>2</sup>. Sed ne *Thomas*<sup>3</sup> quidem, apud quem *frater hic* eundo ac redeundo transivit, quicquam de eo scripsit. *Superiore tantum hebdomade*<sup>4</sup>, a *Vireto* rescivimus de *cæna istic ad reconciliationem celebrata*<sup>5</sup>, quod sano ac prudenti factum est consilio. De manu Domini sevientem in *Chor.*, etc.<sup>6</sup>, *tum etiam piorum constantiam, et multorum qui per infirmitatem lapsi videntur animos in dies mitescere*<sup>7</sup> scripsit. Cum hæc tam aperta presentiae Domini sint argumenta, utpote sui ipsius nomine causam suam solus volens defendere, quid superest nisi ut totos in sinum ipsius nos conjiciamus? Quàm felices sunt qui tam pium patrem (qui Deus est) adeo sibi appropinquantem habent, utcumque lugeant et sub certa perfectæ redemptionis spe parturiant. « Confidite, dixit, ego vici mundum. » Sed quid petram firmare contendo? *Unum uldebat*

<sup>1</sup> Les nouveaux éditeurs de Calvin n'ont publié que le paragraphe de cette lettre qui est relatif à Genève.

<sup>2</sup> Il veut parler de l'affaire de Farel.

<sup>3</sup> *Thomas Barbarin*.

<sup>4</sup> La semaine du 13 au 19 novembre.

<sup>5</sup> Pages 326-327, renvois de note 4-5.

<sup>6</sup> La peste sévissait à Neuchâtel, que Fabri désigne sous le nom de *Chor.*[*azin*], par allusion à l'Évangile selon saint Luc, X, 13-14.

<sup>7</sup> Voyez la lettre de Farel du 9 décembre.



*Viretus*, quod me exhilaravit summopere : *te scilicet ea lenitate velut noca in quotidianis concionibus frangere adversariorum animos, et pios solari mirificè*. Unde magnas hujusce (*sic*) oportunæ metamorphoseos Autori ago gratias. Ipse enim organa sua (ut expeditè novit) sono implet ac moderatur : alioqui inutilia essent.

*Generæ feliciter succedunt omnia, et jam publico edicto, singulis diebus Joris, omnes concioni interesse jubentur, etiam famuli et famulæ, qui eo die ab opere quotidiano cessare jubentur, donec solutus sit cœtus et sacris interfuerint*<sup>8</sup>. *Disciplinæ aliquam esse præxim audio, et formulæ partem obtinuisse fratres*<sup>9</sup>. *Prælectionum ac*

<sup>8</sup> Registre du Conseil de Genève du 7 novembre : « Ordonné que tous dizeniers doibjent advertir cieulx de leur dizenne de venir *tous les jeudis*, dès icy en là, à la prédication publique, et, estant parachevé icelle, ung chascun doibje aller travailler. »

<sup>9</sup> *Disciplinæ... præxim* désigne le *Consistoire* récemment établi à Genève, et *formula*, les *Ordonnances ecclésiastiques* qui y furent adoptées le dimanche 20 novembre par le Conseil général.

Déjà en 1538 MM. de Berne désiraient pour Neuchâtel et pour Genève, l'institution d'un consistoire (IV, 417, V, 16, VI, 160). Mais ce fut seulement le 5 avril 1541 qu'elle fut décrétée par les magistrats genevois, et ils ne se pressèrent pas de l'utiliser. On lit, en effet, dans le Registre du 25 avril : « Ayans heu la relation des sieurs prédicans touchant le consistoire lequel se doibt ériger, a esté advisé que avant fère ordonnances d'icelluy, que l'on doibge expérimenter premièrement, et puis, selon les affères que surviendront, l'on pourra fère et constituer les ordonnances. »

Quant aux *ordonnances ecclésiastiques*, Calvin nous apprend qu'elles furent rédigées en vingt jours par la commission élue le 13 septembre (Pages 249, n. 2 ; 292, renv. de n. 14-16. — Lettre de Calvin à N., janvier 1542). Voici, d'après M. Gaberel (o. c. I, pièces justif. p. 117, 118), les principaux passages qui sont relatifs à cet objet : « 16 septembre. Suivant la résolution du Grand et du Petit Conseil, ordonné que les sieurs prédicans avec les six députés doivent suivre aux ordonnances sur l'ordre de l'église avec son mode de vivre, lequel, avant toutes choses, sera visité par le Petit Conseil, les Deux-Cents et le Conseil général, afin de savoir comment chacun se devra conduire selon Dieu et la justice. » — « 29 septembre. On a suivi à lire quelques articles des ordonnances sur le régime de l'église, dont quelques-uns ont été acceptés, les autres regettés. Toutefois a été ajouté qu'il seroit bien convenable d'ordonner eu faire un mode de vivre sur un chacun. » — « 25 octobre. Les prédicans sont venus faire et proposer plusieurs beaux articles, avec belles admonitions, requérant y passer et mettre ordre. Remis à demain matin, et que tout le Conseil ordinaire soit demandé sous peine de serment. » — « 27 octobre. Suivi aux ordonnances sur l'église et arrêté comme est contenu par écrit aux articles. » — « 9 novembre. Sur ce que les prédicans

*colloquiorum fructum vel in circumvicinos aberrimum derivare videmus ac sentimus*<sup>10</sup>. Dominus opus suum ubique perficiat regnumque suum in dies angustiorem reddat!

*Causa Massiliensis ministri in sacrificium Lugrinensem*<sup>11</sup> ad sententiam paratur, omnibus hujus blasphemiis firmo trium proborum testimonio ritè confirmatis, eamque totam sic probè conscriptam *Præfeto*<sup>12</sup> ad *Dominos Bernenses* tradidimus, ut priusquam feratur sententia, videant num velint nomen Domini, famam suam ac Ministrorum suorum ab hujusmodi vindicare opprobriis : et *fratri* opem ferant, præsertim si *Sedunum sacrificus* appellarit<sup>13</sup>, ut jam subolfacere videmur. Mirum quanta æquitate *Aquianensis Præfectus*, *Scriba* et quidam alii causam hanc eousque tractarint<sup>14</sup>. Spe-

désirent voir les réparations (corrections) sur les ordonnances de l'église, ordonné que à eux n'appartient de les revoir, et que l'affaire soit mise en Deux-Cents aujourd'hui. » — « En Deux-Cents, lu les ordonnances de l'église. Un syndic doit assister au Consistoire. Des pierres des baptis-taires, qu'il n'en soit point parlé. Le reste bien et soit mis l'intitulation : Par nous, Petit et Grand Conseil. » — « Dimanche 20 novembre 1541. *Les ordonnances de l'église ont été passées en Conseil général sans contradiction.*

Elles sont imprimées dans les *Calvini Opera*, éd. de Brunswick, t. X, Pars I, p. 15-30.

<sup>10</sup> Les *prælectiones*, leçons consacrées à l'interprétation d'un livre de la Bible, se donnaient de nouveau, suivant le programme de 1538 (IV, 459). Dans son premier sermon, *Calvin* avait repris son texte au point où il en était resté, deux ans et demi auparavant. — Le mot *colloquia* désigne probablement la *congrégation* du vendredi, où les laïques pouvaient prendre la parole (IV, 272, n. 6).

<sup>11</sup> Le village réformé de *Maxilly* (qu'il ne faut pas confondre avec celui de *Machilly*, près de Genève) formait une enclave dans le territoire conquis par les Valaisans (1536) sur le duc de Savoie (P. 98, n. 15 ; IV, 227, n. 9 ; V, 150, n. 12). Le bailli d'*Évian* gouvernait cette partie du Chablais, qui était restée catholique.

Le curé de la paroisse de *Lugrin*, située à l'E. et tout près de *Maxilly*, avait proféré des injures contre le ministre de ce dernier village, dont le seigneur, *Michel de Blonay*, était allié à plusieurs familles bernoises. De là un procès. Trois ans auparavant, « Messire *Jaques*, [curé] de *Maxilly*, » en avait soutenu un contre Guillaume de la Court, devant la justice de Lausanne.

<sup>12</sup> Le bailli de Thonon, *Nicolas de Diesbach*.

<sup>13</sup> La cause mentionnée plus haut (n. 11) devait être plaidée en première instance à *Évian*. Si le curé de *Lugrin* perdait son procès, il en appellerait à *Sion*, chef-lieu du Valais.

<sup>14</sup> Le gouverneur d'*Évian*, *Gaspard Metzillen*, n'avait pas craint de révéler aux Bernois, en 1538, que le véritable instigateur du pillage de

ramus ex ea non vulgarem ædificationem, si Dominus ad finem usque illam foverit æquitatem. *Si Vallenginensis frater*<sup>15</sup> *litteras* (ut vocant) *testimoniales fornicationum nostri Belgard.[ensis*<sup>16</sup>*]ad nos mitteret, quemadmodum hujus novissimè præmonueram Thomam, plurimùm jurent conatus nostros ad revelandam domus Achab sorditiem, et tollenda hujus plurima offendicula.*

Vale et perge. Dominus tibi et omnibus gloriam ipsius syncarè persequentibus, os, sapientiam, spem et patientiam, ut expedire novit, suppeditare dignetur, ut potens est et promisit se plura præstiturum quàm aut cogitemus aut expectemus. Saluta, si placet, meo, *uxoris* et fratrum nomine (potissimùm *Petri, Michaëllis, Urbani, Antonii Armentiani, utriusque Regalis*<sup>17</sup>, etc.) *Claudium, Gaucherium*, cum uxoribus, fratribus ac piis omnibus. Thononii, 24 Nov. 1541.

Tuus quantus quantus est per Domini gratiam,

CHRISTOPH. LIBERTETUS<sup>18</sup>.

*Corderium* non omittes, si placet, cum notis amicis et fratribus piis.

(*Inscriptio* :) Fideli Christi servo Gulielmo Farello, fratri et amico integerrimo, Neocomi.

Ripaille était l'ex-évêque de Lausanne, *Sébastien de Montfaucon* (IV, 372, 373). — Le secrétaire de la ville d'Évian était probablement *Jean Bugniet*.

<sup>15</sup> *Jacques Sorel* ou *Jacques Véluzat* (Boyve, II, 413) ?

<sup>16</sup> *Claude de Bellegarde*, de Thonon, ancien maître d'hôtel de la comtesse de Valangin. Ce personnage était abhorré des Neuchâtelois. Il avait quitté Valangin, peut-être temporairement. Ses fonctions étaient remplies en 1541 par *Claude de Neuchâtel*, qui mourut dans la même année (Boyve, II, 398). — *Domus Achab* est une allusion au château de Valangin, dont tous les hôtes étaient catholiques (II, 471, n. 7, 8).

<sup>17</sup> C'est-à-dire, *Pierre de la Fontaine, Michel Porret, Urbain Chambout, Antoine Rabier*, pasteur à Hermance, près de Genève, et les deux *Regis*. Tous ces ministres venaient d'assister à la congrégation qui se tenait à *Thonon* le jeudi.

<sup>18</sup> Au bas de la page, on lit ces mots, écrits par la main de *Farel* : « *Gebe. Laus. Duæ de Davide. Bernæ de actione Conzeni.* » C'était sans doute un *memorandum*, indiquant qu'il avait des lettres à écrire à Genève, à Lausanne au sujet de *David*, et à *Berne*, pour remercier *Pierre Kuntz* du discours qu'il avait prononcé devant le Sénat, en défendant la cause de *Farel* (Voy. le commencement du N° 1074).

## 1070

LE CONSEIL DE BERNE au Conseil de Neuchâtel.

De Berne, 26 novembre 1541.

Inédite. Minute originale. Archives de Berne.

Nobles, discretz, sçavants, chiers et très aymé bourgeois! Nous somes esté advertis que, depuis le départ de nous ambassadeurs que furent dernièrement par devers vous <sup>1</sup> pour la pacification des *différends survenus entre vous et vostre ministre, maistre Guillame Pharell*, — à l'ayde de Dieu, et moyenant certaines Remonstrances et Requestes à vous faictes par les ministres des renomées villes *Zurich, Basle, Strassbourg et Constance* <sup>2</sup>, — les dictz différends, ranceurs <sup>3</sup> et haynes soient tellement esté abastues, abolyes et consumées, qu'il n'en soit quasy plus mémoire, et *vous cueurs tellement redoucis envers le dict Pharell, qu'il n'en reste que petit nombre, l'environ quinze ou sèze implacables* <sup>4</sup>. De quoy sommes très jouieux, remerciants au Créateur de la grâce qu'il luy a pleu vous faire. *Vous priants et requirants que*, ensuyvant les bonnes et louables Remonstrances des esglises susmentionnées, *vostre bon plaisir soit de laysser tomber la prononciation faicte par nous ambassadeurs, et retenir le dict Pharell en son ministère*, auquel, après Dieu, par vous a esté adpellé et constitui. Vous assureants que en ce fairés singulier plaisir à tous amateurs de l'évangille de Jésus-Christ. *Car ce que nous ambassadeurs pour l'hors, après plusieurs Remonstrances à vous sans fruit faictes, prononcièrent* <sup>5</sup>, *n'estoit et n'est encores selon nostre ny leur coulloir et desyr* <sup>6</sup>; *ains se dressoit leur sentence et opinion sus l'estat, chulleur et uigreur des cueurs, qu'estoient*

<sup>1</sup> Voyez la note 5.

<sup>2</sup> On ne possède pas la lettre des ministres de Constance. Elle dut être écrite vers le 10 novembre.

<sup>3</sup> C'est-à-dire, *rancueurs* (rancunes), du latin *rancor*.

<sup>4</sup> Voyez la lettre de Farel du 9 décembre.

<sup>5</sup> La sentence prononcée le 2 ou le 3 octobre, à Neuchâtel, par les députés bernois.

<sup>6</sup> Palinodie analogue à celle que Berne avait chantée aux Genevois,



*adoncq tellement inflammés contre le dict Pharell, qu'il n'y avoit ordre d'autrement procéder, ny mieulx besoigner en ycelle matière.*

Or dempuis que Dieu a mitigué les affaires, vous prions voulloir résumer<sup>7</sup> nous premières Remonstrances et celles des esglises susdictes, et, sus ycelles, vous déclairer et résoudre de quelque mellieur responce que les précédantes ne sont estées<sup>8</sup>. Nous confians entièrement en vous de toute douceur et bénévolance envers le dict Pharell : lequel a tousjours par le passé fidèlement travaillé en la vigne du Seigneur Dieu, et ne doibt pour peu de fait estre ainsy déshonoré ny repulsé. Sur ce attendont vostre bonne responce. Datum 26<sup>o</sup> Novembris 1541.

(*Suscription* :) Aux Nobles, prudants, sçavants et discrets seigneurs Lieutenant, Ministraux, petit, grant Conseil, et communauté de Neufchastel, nous singuliers amys et très chiers bourgeois.

## 1071

LE CONSEIL DE NEUCHÂTEL au Conseil de Berne.

De Neuchâtel, 27 novembre 1541.

Inédite. Manuscrit original. Arch. de Berne.

Magnificques et très pyssans Seigneurs, et nos très chiers bourgeois! Ce jourd'huy avons receuz vostre rescripcion amyable<sup>1</sup>

le 27 avril 1538 (IV, 427, 428). Maintenant *Berne* voudrait faire accroire aux Neuchâtelois qu'elle a eu la main forcée, que c'est à regret qu'elle a autorisé ses ambassadeurs à décider que *Farel* s'éloignerait au bout de deux mois. L'avoyer de *Watteville* (p. 230, 290, 291) avait manifesté, au contraire, à l'égard de *Farel* les dispositions les moins bienveillantes. Il avait dit plusieurs fois : « Nul ne peut m'empêcher de congédier un domestique qui me déplaît. Pourquoi ne serait-il pas permis de congédier un ministre ? »

<sup>7</sup> C'est-à-dire, *vous remémorer*.

<sup>8</sup> Il s'agit ici des réponses orales que le Gouverneur et la minorité du Conseil de Neuchâtel avaient faites aux ambassadeurs bernois. A notre connaissance, il n'existe pas, antérieurement au 26 novembre, d'autre réponse écrite du même Conseil, que celle du 21 septembre (p. 262).

<sup>1</sup> Celle du 26 novembre.



touchant *maistre Guillaume*, nostre Ministre. Par laquelle cognoissons le bon zèle que nous pourtez. Non-seulement maintenant, mais par cy-devant l'avez démontré : de quoy fort humblement vous en remerciez, supplians Vostre Excellence d'y tousjours continuer et persévérer.

*Sur quoy avons assembler nostre Couseil et Communilé, et sommes estez résolus par eusambles, de non faire chose qui soit en préjudice du ministère du dict Pharel, ny à sou déshonneur*<sup>2</sup>. Mais pour astant que vostre diete lettre s'adressoit premièrement à *Monseigneur le Lieutenant*<sup>3</sup>, et qu'il n'est de présent en ce lieux<sup>4</sup>, Vous prions n'avoir à desplaisir, pour tant que ne vous envoyons présentement plus ample responce. Et combien que ne sommes en volenté de le desgetter, ains plustost le retenir tousjours en son ministère, toutesfois, *après que le dict Seigneur sera de retour, vous advertirons plus applain de l'affaire*. Et après nous estres recommandez à vostre bonne souvenance, pryans (*sic*) sans cesse le Seigneur Dieu, que à vous<sup>5</sup>, nos très honorez Seigneurs, vous tenir en sa sainte protection et garde. De Neufchâstel, ce xxvii<sup>me</sup> jour de Novembre 1541.

Voz très humbles combourgeois,

LES QUATRE MINISTRAUX, CONSEIL ET COMMUNITÉ  
DE NEUFCHÂTEL.

(*Suscription* :) A Magnificques et très puyssans Seigneurs l'Advoyer et Conseil de Berne, noz très honorez Seigneurs, et Bourgeois.

*Ordonnance touchant Maistre Guillaume Farel.*

Sur ce dymanche vingt-sixiesme<sup>6</sup> jour de Novembre, l'an de grâce Nostre Seigneur corant mil cinq cens quarante et ung, a

<sup>2</sup> Voyez l'« Ordonnance touchant Maistre Guillaume Farel. »

<sup>3</sup> *Georges de Rive*, seigneur de Prangins.

<sup>4</sup> Une fois déjà, dans un moment de crise, le Gouverneur s'était absenté, pour visiter ses terres en Savoie (II, 299, 300).

<sup>5</sup> Ces trois mots *que à vous* sont de trop. Le secrétaire voulait d'abord suivre la formule usitée : « que à vous... doint bonne vie et longue, » puis il a pris un autre tour.

<sup>6</sup> En 1541, le 26 novembre tomba sur un samedi. La présente *ordonnance* fut faite le dimanche 27. La lettre de *Farel* du 1<sup>er</sup> décembre en fournit la preuve. Il était arrivé de Berne le dimanche matin. Après qu'il eut célé-

esté passé, conclu et résolu par délibération de Conseil et Communauté, que, pour plusieurs bons respectz et regardz ad ce nous mouvans, et singulièrement en contemplation des bonnes Rescriptions à nous envoyées par les Louables villes *Zurich, Baste, Constance, Strasbourg*, et spécialement noz très redoubtez Seigneurs de *Berne*, pour la pacification du différant suscité par cy-devant naguères entre maistre *Guillame Farel*, ministre en ce lieu, d'une, et les aucuns particulliers, d'aulture :

*Que icelluy différant doit dès maintenant estre et demourer mort, abatu et aboly du tout et pour le tout, ensemble toutes haynes, rancunes et malveullances pour cest effect dressées, Sans que jamais ores ny à l'advenir en soit fait aucune mention, ny semblablement aucun reproche en parolles, dérisions et mocqueries. l'une partie à l'aulture, ny particulier à aulture, prouvenantes du dict différant susmentionné : Sur peine d'estre chastié de l'amende de Cinq Livres pour la première fois, et pour la seconde ou tierce plus griesvement, selon l'exigence. Et ce affin que désormais puissons vivre en bonne paix et tranquillité les ungs avec les aultres : voire en toute amytié, douceur et bénignité fraternelle. Au moyen de quoy pourrons prospérer de myeulx en myeulx ès choses bonnes et utiles, pour le bien et advancement publicque, et conservation de l'union des esglises chrestiennes : Et le dict Farel tousjours demourer et subsister à son ministère et office, d'aautant qu'il n'est à suspect, ny à rebrandre de sa vie et doctrine. Considérant aussi qu'il est le premier qui nous a amené à la vérité Évangélique, et par lequel le Seigneur Dieu nous a fuiet de grandz grâces et miséricorde*

Donné en nostre Conseil, les an et jour que dessus.

Finis.

Extraitz du pappier du Conseil, et par moy-mesme enregistrez fidèlement l'ordonnance dessus dicte.

A. BRETTEL N.

bré l'office divin, les Conseils de Neuchâtel se rassemblèrent, pour délibérer sur la lettre envoyée le samedi par MM. de Berne. Et le Réformateur indique en ces mots la décision prise : *Conclusum fuit me retinendum.*

L'ordonnance que nous reproduisons ici est résumée dans les *Annales de Boyve*, II, 418, 419, mais avec la date fausse du 28 novembre.

## 1072

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Genève, 29 novembre 1541.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Imp. en partie dans les *Calv. Epp. et Resp.* 1575, p. 33. *Calv. Opera*, XI, 348.

Scripturus eram longiores literas et accuratiores, ita enim res poscebat : verùm *cum mihi bonus hic frater nunciasset, sublatum esse nobis optimum patrem nostrum et sancte memorie Capitoem, Bucerum verò peste laborare*<sup>1</sup>, ita fui mente et animo percussus, ut nihil aliud nunc queam quàm lugere. Ignosces igitur, mi frater, quòd breves et confusas literas de re magna et seria à me accipis.

*Scis ita fuisse inter uos ab initio constitutum, ut si redirem*<sup>2</sup>, tu me reduceres, quò utriusque ministerium, quod unum fuit, simul restitueretur. Non passus est hoc Satan, qui sub id tempus eam tempestatem excitavit, ut non posses ab ecclesia tua sine magno, imò præsentissimo naufragii periculo pedem movere. Distulimus eousque, dum te istis turbis Dominus liberaret. Nunc cum ejus beneficio *res istic pacatiores esse audiamus*<sup>3</sup>, cum ministerio nostri communis, tum *mea privatum, Ecclesie etiam univærsæ interest, te semel huc venire*. Si nulla alia ratio esset, præstare tamen te decet quam mihi fidem dedisti. Verùm sunt, ut dixi, plures et majores causæ, quæ nullam tibi excusationem relinquunt. *Audiebam cum istic essem, prætextus nescio quos, qui mihi displicebant. Dicebas te à populo expulsus, non posse igitur a Senatu, hoc est à paucis hominibus restitui*. Quasi verò tumultuosa illa perditorum hominum factio populus fuerit. Et si fuit, quasi non illud plebisci-

<sup>1</sup> Bucer n'avait pas été atteint par l'épidémie, mais il avait perdu sa femme et plusieurs enfants (p. 294, n. 30).

<sup>2</sup> Sous-entendu *Genevam*.

<sup>3</sup> Calvin ne connaissait pas encore l'ordonnance de Neuchâtel du 27 novembre (N° 1071). Mais il savait que, depuis la célébration de la sainte cène, les esprits des Neuchâtelois s'étaient calmés, et que le dévouement de Farel pendant la peste lui avait ramené plusieurs de ses adversaires.

tum satis superque tibi esse debeat, quo populus ipse pronunciavit te injuria pulsum esse<sup>4</sup>. *Constat eos qui te expulerunt, aut capite pœnam luisse, aut urbe esse profugos*<sup>5</sup>; *reliquos autem pudore tacere aut fateri suum scelus*. Nondum illud plebiscitum factum fuerat, quo populus innocentiam nostram una voce comprobavit, cum tu nimia importunitate à me extorseras, ut venturum me reciperem<sup>6</sup>. Tunc tamen, *ut verum fatear, habebam in animo aliquid primo adventu de innocentia nostra testari et totam causam nostram exponere*, ut omnis non tantum maledicendi, sed etiam mussitandi occasio improbis tolleretur. Tametsi non sum optimus dicendi artifex, non verebar tamen quin tam bona causa plausibilis futura esset: *verum ubi populus sese damnando et culpam suam confitendo antevertit*<sup>7</sup>, *putavi hac necessitate nos esse prorsus liberatos*. Imò, præter id quòd futurus erat supervacuum labor, videbam tentari hoc non posse sine specie aliqua inhumanitatis. *Quid enim hoc aliud fuisset, quam prostratis hostibus insultare?* Cum autem huc venissem, obiter quidem perstrinxi, qua fide et integritate in hac ecclesia versati simul essemus. De adversariis verbum unum facere puduit: ne eorum causam, qui a Deo et hominibus suoque ipsorum judicio damnati essent, viderer in dubium vocare. Sed hæc ego coràm tecum malo disputare.

*Nunc ad id quod instat: non ritè te vocari dicis a Senatu*<sup>8</sup>, *cum ejectus sis à populo. Atqui nondum annus est, cum primis Senatus literis*<sup>9</sup> *contentus eras, et jam quodammodo eras ad iter accinctus. Unde nunc ista nova religio?* Quid quod latum est ad populum de te nominatim, cum populus scivit, in urbem reducendos esse eos quos expulerat? Neque enim aut de me aut alio quopiam facta

<sup>4</sup> Le décret voté à Genève le 1<sup>er</sup> mai 1541 (p. 241, n. 3).

<sup>5</sup> Voyez, sur les quatre syndics qui étaient en charge au mois d'avril 1538 (Jean Philippe, Claude Richardet, Jean Lullin et Ami de Chapeaurouge), le t. VI, p. 322, 323.

<sup>6</sup> Allusion au voyage que *Farel* fit à Strasbourg au commencement d'octobre 1540, pour solliciter Calvin de retourner à Genève (VI, 317, n. 1; 325, n. 2; 327, renv. de n. 13).

<sup>7</sup> Ce doit être encore une allusion au décret du 1<sup>er</sup> mai 1541. (A comparer avec l'avant-dernier § de la lettre de Calvin à N., fin janvier 1542.)

<sup>8</sup> Invitation adressée le 21 août à *Farel* par le Conseil de Genève (p. 224, n. 5).

<sup>9</sup> Légère erreur de chronologie. « La première lettre » du Conseil de Genève à *Farel* portait la date du 22 octobre 1540; la seconde lui fut écrite le 26 novembre suivant (VI, 332, 352, 377-78).



mentio est, sed in hæc verba : « Nonne hîc pronunciatîs injuriam esse factam *Farello et sociis ejus*? Quid ultrâ requiris à populo, quàm ut innocentiam tuam approbando reum se faciat? Additum est : « Vultis ut *Farellus* cum sociis suis, etc.? » *Dabis veniam mihi, optime frater, si quid durius dixerò : sed hæc difficultas à morositate potiùs quàm à recto judicio proficisci videtur.* Mihi sanè perspecta est animi tui sinceritas : neque mihi tot exempla exciderunt, quibus satis declarasti, quàm parùm te respicias. Sed vide ne quid tale suspicari queant qui te non penitùs norunt : imò ii qui non suspicabuntur, ansam tamen arripiant obtrectandi. At ecclesia pro modo offensionis nequaquam satisfacit. Quis negat? Verùm si inspicias quàm res adhuc sint hîc teneræ, ne quid asperius dicam, ipse consulas non esse ulteriùs progrediendum in hoc negotio. *Te igitur per Christum obtestor, mi Farelle, ut non quoslibet audias consultores, sed eorum acquiescas consiliis qui nec prudentia carent, et non minùs de tui ministerii honore sunt solliciti quàm tu ipse.* Quòd si nos nihil sapere, nihil videre, nihil judicare existimas, patere tamen ab amicis te semel exorari <sup>10</sup>.

*De schola Viretus Corderio* <sup>11</sup> *respondet. Nobis certè placet mirum in modum idæa illa quam deliuevit* <sup>12</sup>. *Sed utinam decimam partem eorum quæ præscribit, assequi possemus!* Valeat igitur hîc proverbium : Quando non fit quod volumus, velimus quod possumus. Fac ut de utraque re brevi ex animi nostri sententia aliquid audiamus. *Senatus* jam missurus erat, nisi *hic* <sup>13</sup> adfuisset. Effeceramus tamen ego et *Viretus*, ne publicus nuncius mitteretur, donec cer-

<sup>10</sup> Ici commence le fragment non imprimé dans les *Calvini Epistolæ et Responsa*. Calvin avait d'abord écrit les lignes suivantes, qu'il a biffées : « De *schola*, *Viretus* tibi scribit aut *Corderio* ipsi, ad epistolam respondet. Placet nobis mirum in modum quod scribit; sed utinam decimam partem assequi possemus. »

<sup>11</sup> Le 8 novembre, le Conseil de Genève avait décidé de rappeler *Cordier*. On lit dans le Registre du 14 : « Maître *Maturin Corderius* estant bien propice pour régenter à noz escholes, a esté résolu il luy soit baillé la maison de Rive et 400 florins pour toutes choses, oultre l'argent qu'il porroit recovrer des enfans. Maître *Bastian [Châteillon]* à présent, jusque à la venue du dit *Cordier*, gouverne les enfans des escholes. Résolu qu'il luy soit baillé quartemps pour quartemps 25 fl., et luy soit avancé ung quartemps. »

<sup>12</sup> Comme on le voit, *Cordier* avait préparé un plan de réorganisation pour le Collège de Genève.

<sup>13</sup> Le porteur de la présente lettre.



tam spem fecissent nobis vestrae literae. Vereor ne difficile sit persuadere *Corderio*, ut hanc conditionem suscipiat<sup>14</sup>. Tuum erit tamen non quiescere, donec hominem eò perduxeris. Vide igitur ne quid omittas, nisi à me audire velis eas expostulationes quibus tu dignus es.

Nescio quid hoc rei sit, quòd *hic nuncius à vobis est dimissus sine ullis literis. Neque enim credibile est, Enardum nihil mihi ex Germania attulisse*<sup>15</sup>. Quanquam hoc ei novum non est, diu circumferre literas, antequam reddat. Fortassis consultò fecit, quia sciebat nihil illic contineri nisi magni mœroris materiam. Sed in eo parùm bene mihi cavit : quòd nihilominus sum jam in luctu, qui tunc recrudescet cum literae venerint.

*Gaucherius*<sup>16</sup>, opinor, *tibi de Albergio*<sup>17</sup> aliquid indicavit. Ex quo fuit in carcerem coniectus, plus veneni quàm antea evomuit. Tandem jussus est confiteri se mihi fecisse injuriam, ac veniam precari. Quae est, ut scis, ignominiae species. Miris tergiversationibus conatus est effugere. Parere tamen sententiae tandem oportuit. Vocatus postea in *Senatum*<sup>18</sup>, jussus est urbe excedere. Ne tamen

<sup>14</sup> *Neuchâtel* ne voulait pas le céder (p. 154-155).

<sup>15</sup> *Eynard Pichon*, arrivé d'Allemagne à Neuchâtel, vers le 20 novembre, en était aussitôt reparti pour *Berne* (N° 1075, n. 5).

<sup>16</sup> *Gauchier Farel*, qui était peut-être venu récemment à Genève.

<sup>17</sup> Le 23 avril 1537, *Mélanchthon* écrivait de Leipsic à Bucer : « Hunc tabellarium tibi commendo : est enim homo probus et literarum ac doctrinae Christianae admodum studiosus ; amplius biennio nobiscum fuit. Ideo mores ejus nobis sunt satis noti et probati. Proficiscitur ad vos, quaerens in *Gallica vicinia* aliquam conditiunculam : aut sicubi in vicinia vestra aliquid negotii in officinis typographicis, aut in schola aliqua invenire posset. Nomen est ei *Joanni Albergio*, Gallo. Notus est *Sturmio*. Quaeso te, non desis homini exuli » (Mel. Epp. III, 356). Sur les relations antérieures d'*Alberge* avec *Calvin*, il faut consulter la lettre de celui-ci à *Myconius* du 14 mars 1542.

Nous lisons dans l'inventaire des procès criminels à Genève, qui a été dressé par M. l'archiviste Sordet : « 1541. 8-10 novembre. Information faite par la cour du Lieutenant, au sujet d'une plainte de *Jean Calvin* contre Jean Allège [l. *Alberge*], qui, après l'avoir insulté, soit à *Bâle*, soit à *Lausanne*, était venu dans sa maison l'appeler méchant homme et l'avait menacé de son épée, en lui reprochant de lui avoir dérobé des livres. »

<sup>18</sup> Registre du Conseil au 25 novembre 1541 : « Maystre *Jean Alberge* détenu. Lequel a outragé Mons<sup>r</sup> *Calvin*, ministre évangélique. Toutesfoys résolu que la Seigneurie l'aye à aoyr, sinon que Mons<sup>r</sup> *Calvin* ce puisse contenter de l'ordonnance que sera faicte par Mons<sup>r</sup> le lieutenant, et qu'il luy soit interdict la ville. »

sine talione hinc discedat, actionem mihi injuriarum nunc intentat: propterea quod vocatus fuerit à me *maguus nebulo*. Obtuli me ad probationem. In hac causa te ac fratres tuos citare institui. Et jam mihi gratissimum officium erit, si testimonium, quale potestis, mihi subscriptum miseritis. Vale, optime et charissime frater. Saluta amantissimè fratres omnes et totam familiam. 3. Calend. decemb. 1541.

Jo. Cal. tuus.

(*Inscriptio* :) Suo Guillelmo Farello <sup>19</sup>.

## 1073

LES PASTEURS DE NEUCHÂTEL aux Pasteurs de Bâle <sup>1</sup>.

De Neuchâtel (29 ou 30 novembre 1541).

Copie contempor. Bibl. de Zurich. Calv. Opp. XI, 351.

Salutem et pacem a Domino Jesu, fratres in Domino charissimi et maximè observandi! Etsi, cum redderetur nobis *posterior epistola vestra*, quam accepimus quinto Calend. Decemb. <sup>2</sup>, pauci admodum fratres aderamus, tamen ne videremur vestrum istud erga nos officium, quod à tanta benevolentia et christiana charitate profectum est, contemnere, existimavimus aliquid in præsentia respondendum, pluribus verbis aliàs rescripturi, cum hic aderunt alii symmystæ frequentiores. Inprimis igitur *oramus vos*, fratres amantissimi, *ut nobiscum gaudeatis in Domino, eique*, ut æquum et pium est, *unà gratias agamus immortales. Nam eo ipso die quo tabellarius vester in hanc urbem adreuerat* <sup>3</sup>, *itu pacificè in Senatu compositum fuerat negotium de confirmando ministerio Farelly, eoque retinendo in hac ipsa civitate, ut jam nullus* (quæ mira et subita Dei virtus extitit) *neque seditioni neque dissidio relictus sit locus* <sup>3</sup>.

<sup>19</sup> L'adresse n'est pas de la main de Calvin. Farel a écrit au-dessous: « 29 novembris 1541. »

<sup>1</sup> Nous sommes persuadé que cette lettre a été composée par *Mathurin Cordier*.

<sup>2</sup> Le dimanche 27 novembre.

<sup>3</sup> Voyez le N° 1071.

Nec minùs tamen idcirco tum vobis tum universo senatui magnam habemus gratiam, quòd de *Farelli*, imò verò Jesu Christi negotio, cum tanta charitate ac diligentia laborastis, ut non solùm ad nos et *senatum populumque Neocomensem*, sed etiam ad *Bernenses* ipsos de hac re diligentissimè atque humanissimè scripseritis <sup>4</sup>.

*Quod autem scribitis, horrenda istuc partim nunciata, partim scripta esse de futura tam cruento seditione* <sup>5</sup>, *Dominus Deus hactenus ita prospexerat, ut nihil minùs quàm illud metuendum putaremus*. Tametsi enim optimi quique sic animati erant in hac ipsa causa Domini, ut negarent se passuros *Farelli* ministerium indicta causa violari, tamen decreverant omnia priùs experiri et omnem movere lapidem, potiùs quàm ut in tantam civitatis perniciem ea res evaderet. Nunc autem, quemadmodum videmus, Dominus ipse pro sua bonitate et sapientia longè meliùs providit, quàm quod ab humanis viribus expectari posset hoc tempore. Audivit enim, non dubium est, preces et gemitus ecclesie suæ eamque tanto impendenti malo in ipso tempore liberavit. Non igitur ille meritò laudandus? Non illi agendæ publicè privatimque gratiæ? Quæ victoria de humano imperio, quis triumphus cum hoc verè divino opere conferendus <sup>6</sup>? Sed hæc aliàs pluribus.

*Quod ad Farellum pertinet, ut est prudentissimus et maximè pius in administratione sibi a Domino tradita, certè nihil unquam vehementiùs exhorruit quàm ut ad fundendum inter cives sanguinem veniretur. Nec enim ignorat quàm sit illud formidandum in ecclesia Dei, quamque perniciosum, præsertim in evangelico negotio. Itaque, in hac tota et tam dintina civium contentione, nihil unquam nec temere nec humano affectu faciendum putavit : sed semper totum sese permisit Domini iudicio ac voluntati, quam spiritus sanctus ex fratrum consilio et unanimi sententia perspicuè comprobaret. Sic enim dicebat : « Sive manere me, sive abire statuerit « Dominus, nihil meum refert, nihil moror, sum enim paratus in « utrumque; sed cum omnino hic agatur de Christi honore et gloria, atque id omnium maximè intersit ecclesiarum, cedendum*

<sup>4</sup> Nous avons donné, p. 324, la lettre du Conseil de Bâle à celui de Berne. Mais celle que les magistrats bâlois adressèrent aux Neuchâtelais est perdue.

<sup>5</sup> Voyez la lettre de Berne du 10 novembre.

<sup>6</sup> On reconnaît dans ces actions de grâces le cœur bénissant de *Mathurin Cordier*. Il y a ici, dans le choix des expressions et des tournures, une analogie frappante avec certains passages de sa lettre à Calvin du 1<sup>er</sup> octobre 1540 (VI, 319).

« *profecto esse non arbitror sine illarum certissimo iudicio atque approbatione legitima.* » Quamobrem et nos ad preces assiduas hortabatur, et in conventu nostro <sup>7</sup> inter cæteros non semel censuit, ut de hac re ipsa consultum mitteremus et nostrates et vestrates ecclesias. Quod cum diligenter fecissemus, *omnes ecclesie uno eodemque instinctu atque afflatu spiritus Dei responderunt, nihil non esse tentandum, quod quidem liceret per verbum Domini, ut Farellus retineretur in administratione hujus ecclesie, quam privatim tam sancta electione tamque manifesta et legitima vocatione ipse Christus et spiritus sanctus illi commisisset. Quæ quidem ecclesiarum sententia ita confirmarat ejus animum, alioqui infractissimum, ut sibi potiùs mortem appetendam esse duceret quàm ab ea vel latum unguem discedendum. Quin etiam, ut colligimus ex iis quæ passim quotidie audiebamus, si fortè vel formidine vel molestia victus solum vertisset, eò res spectare videbatur, ut major clades et sanguinis effusio ex ejus abitione quàm ex ipsa mansione futura crederetur. Verùm optimus ille cœlestis pater et servo suo et ecclesie admirando certè consilio ita prospexit, ut sine sanguine et sudore omnia in gloriam ipsius quàm optimè successerint. Unde et nunc potissimum experimur, illud esse verissimum quod in epistola vestra posteriore scripseratis his verbis : « Quæ quidem si feceritis eò quo decebit et opus est studio, speramus Dominum vobis affuturum. Strenuos enim operarios diligit ac juvat libenter <sup>8</sup>.*

*Quis igitur christiano duntaxat iudicio, modestia et charitate præditus Farellum hic reprehendat, aut de illo sinistrum aliquid suspicaretur? Quis autem non potiùs hæc omnia ad Dei voluntatem ac providentiam referat, atque adeò illum admiretur in operibus suis? Quare, optimi fratres, desinamus in hac re tauta et tam divina de servo Domini quidquam sanguinariùm cogitare. Quin potiùs dicamus cum illo sanctissimo propheta : « A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. » Valet in Christo, fratres integerrimi, et hanc nostram ex tempore rescriptionem in bonam partem accipite.*

PAUCI EX FRATRIBUS VESTRIS NEOCOMENSIBUS,  
qui tum aderant cum literas vestras accepimus.

<sup>7</sup> La Classe de Neuchâtel s'était assemblée au commencement du mois d'octobre, probablement le 4 ou le 5, après le départ de l'ambassade bernoise. C'est alors que fut décidé l'envoi de la lettre-circulaire aux églises évangéliques (N° 1050).

<sup>8</sup> Voyez la lettre des ministres bâlois, p. 324, renvoi de note 5.



## 1074

GUILLAUME FAREL à Pierre Kuntz, à Berne.

De Neuchâtel (entre le 28 et le 30 novembre 1541).

Inédite. Minute orig. autogr.<sup>1</sup> Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

S. *Cum Einardus, quem comitatus Sultzero introduxisti in Senatum*<sup>2</sup>, *venisset unâ cum unucio et literis Senatus, quibus urgebar valde istuc venire*<sup>3</sup>, *non licuit audire*<sup>4</sup> *neque interrogare quid istic egisses, mi Conzene in Domino observande, siquidem totus eram in meditandis iis quæ mittebantur*<sup>5</sup>. *Urbant omnia : hic me oportebat esse dominico die, nisi omnia prorsus voluissem dissipata esse. Nam adversarij velut parta victoria exultassent, et qui, rei indignitate permoti, non sunt nobis inimici, non tam sunt ad omnia ferenda affecti, quin fortè aliter se gessissent quàm oport[uisset]*<sup>6</sup>, præcipuè in re tam insolenti, ubi habent omnia quæ alios debent permovere ut desistant et cum his faciant, — etsi

<sup>1</sup> L'écriture de cette minute est très effacée, et les retouches y sont nombreuses.

<sup>2</sup> *Eynard Pichon* était le 10 novembre à Constance, le 15 à Zurich. Il dut rentrer le 19 ou le 20 à Neuchâtel, d'où ses collègues l'envoyèrent aussitôt à Berne, pour délivrer à LL. EE. les lettres des pasteurs de Bâle, Strasbourg, etc. Ce fut le 23 qu'il se présenta devant le Conseil de Berne avec *Pierre Kuntz* et *Simon Sultzer*. Il rentra à Neuchâtel le vendredi 25.

<sup>3</sup> Manuel de Berne, au 23 décembre : « [Écrire] à *Farel* qu'à lettre vue il vienne ici. Mes Seigneurs ont quelque chose à lui dire » (Trad. de l'allemand).

<sup>4</sup> Il avait d'abord écrit *conferre*.

<sup>5</sup> Nous ignorons si la lettre de MM. de Berne, reçue par Farel le vendredi 25, renfermait autre chose que l'invitation de venir sur-le-champ (n. 3). Le chancelier *Pierre Giron*, en l'invitant à loger chez lui (N° 1075, renv. de n. 10), l'avait peut-être informé officieusement des intentions de ses supérieurs.

<sup>6</sup> Première rédaction : *quin rei indignitate commoti, aliter agerent quàm cupio, quàm fortè expediat*.



hactenus nihil desiderarim in modestia et lenitate<sup>7</sup> qua *major pars*<sup>8</sup> est usa erga adversarios. *Hoc cum me ureret, non parùm vocantis urgebat me Senatus auto[r]itas*. Non erat neque equus neque comes in promptu : omnia mor paranda erant, quod non tam facile fie[but].

*Sed postquam redii*<sup>9</sup> et *Einarus* quoque, qui fratrem aliquem inviserat<sup>10</sup>, *narravit is mihi quanta diligentia, studio et contentione egeris in Senatu, ne dissiparetur ecclesie disciplina. Quam si unquam oportuit restitutum et conservatam, nunc quàm maximè. Nam plerique sunt qui non pluris faciunt ecclesiam quàm calceos : si arriserint*<sup>11</sup>, contendunt habere vel precio vel precibus ; si rursus non placuerint, exuunt et valere sinunt. *Norunt non pauci technas quibus piis impouant*<sup>12</sup> ; et sicut olim vaga venere difusi plura habuerunt scorta, ita nunc uni non possunt adhaerere conjugi, sed pessimo exemplo subinde novas quærent. *Quid non audeant in ecclesia ? Current, recurrent, neque missi neque dimissi. Sunt et nonnulli qui, se deteriores si possint subintroducere, putent se statim tutos, suaque vitia alienis, que majora credunt, relata, non videri. Quos utinam Christus piis omnibus palàm faciat, ne sic miserè perdant ecclesiam Christi ! Verùm existimo*<sup>13</sup> te hæc non ignorare.

Fuerunt sanè hîc non pauci qui vel minis mecum agere contenderunt, ut præficerentur ecclesiis, [quam]vis hîc solus neque velim neque possim hoc procurare. Quorum non pauci abierunt aliò, indige[n]tes pecuni]a<sup>14</sup>, aliî ad vomitum redierunt<sup>15</sup>. *Hic quis*

<sup>7</sup> On lit, après *lenitate*, les mots suivants, qui sont biffés : *quoad multitudinem attinet, unumquemque enim sic compositum esse, ut nihil desit nusquam hîc puto inveniri posse.*

<sup>8</sup> Les partisans de Farel.

<sup>9</sup> Farel rentra à Neuchâtel le dimanche matin 27 novembre.

<sup>10</sup> Depuis son retour, c'est-à-dire depuis le 25 novembre, *Eynard Pichon* était allé visiter un ministre, probablement près de Neuchâtel.

<sup>11</sup> Sous-entendu *calcei*, car on lit ensuite, dans la première rédaction : *contendant eos habere*, etc.

<sup>12</sup> Ici, comme plus bas (renvois de note 16 et 19-20), Farel fait allusion aux aventuriers qui employaient toutes sortes de ruses, pour se faire élire pasteurs par le Consistoire de Berne.

<sup>13</sup> Première rédaction : *existimo te non latere.*

<sup>14</sup> Il y a ici trois ou quatre mots à moitié détruits. On pourrait proposer cette variante : *alii, indigenæ, in patriam*, aliî, etc.

<sup>15</sup> Seconde Ép. de saint Pierre, II, 22.

nesciat quàm maximè necessa[riam] esse etiam exactissimam disciplinam, et quantò magis per bonos viros qui cupiunt omnibus prodesse, sese insinuare contendunt<sup>16</sup>, tantò magis videndum qui sint et unde, ut vixerint. Nam periculum facere in ecclesia<sup>17</sup>, an bene suo fungantur munere<sup>18</sup>, quàm horrendum sit et quæ inde nascentur mala, non te latet, mi Couzene. Verùm candorem Germanicum non pauci suis faciunt servire cupiditatibus<sup>19</sup>. Quid enim non sit deprehendere in tanto migmate tam diversarum regionum, in iis qui versati sunt in tam diversis vivendi rationibus, et cum iis qui nihil non norunt dicere et facere ut voti evadant compotes<sup>20</sup>? Adde quòd gloriati sunt nonnulli, se non facilè passuros ut in ordinem cogantur, quos vel ingens aliquando cœtus nulla ratione potuit domare<sup>21</sup>. Sed domabit hos Christus. O quantum nobis pepererunt dissidiorum! quantum vastarunt Christi ecclesiam! quod sine lachrimis cogitare non possum.

*Cum igitur cordatissimè egeris, ne quid insolentiùs fieret in pastorem<sup>22</sup> ab ecclesia, propter Christum studens ut malis occur[er]eretur, queso te propter hunc, ut non minùs agas, ne pastores invicem non sint impostores, insolentiùs agant in ecclesiam et symmystas<sup>23</sup>; nam hïc non parùm est laboratum à nonnullis ut periret ecclesia. Sanè Christus, qui ad hoc vocavit te, suppeditabit et vires, efficietque ut magno et fructu et gaudio videas omnia feliciter succedere in ecclesia Domini. Te quæso, omnia boni consulito, expertus officium tuum in ipsa hora, [et hi<sup>24</sup>] plenissimè sentiant. Vale bene. Christus Jesus te servet et hos<sup>25</sup>!*

<sup>16</sup> Sous-entendu, *pseudoministri*.

<sup>17</sup> Première rédaction : in ecclesia, *quales tandem erunt, sanè intelligis, mi Couzene, quàm horrendum sit, etc.*

<sup>18</sup> C'est-à-dire, les installer, à titre d'essai.

<sup>19, 20</sup> Voyez la note 12. Il est possible qu'il y ait ici une allusion à un fait récent : *P. Foret*, quoique banni du Montbéliard, avait réussi à gagner la confiance du Consistoire de Berne (N° 1032, p. 239, n. 4, 5).

<sup>21</sup> Veut-il parler du synode assemblé à Lausanne en 1537 (IV, 240, n. 7) ?

<sup>22</sup> Farel lui-même.

<sup>23</sup> Allusion à *P. Foret*, qui calomniait ses anciens collègues (Voy. la p. 343, renv. de n. 6).

<sup>24</sup> Ces deux mots, que réclame le sens, ont été omis par l'écrivain.

<sup>25</sup> La date est déterminée par les faits indiqués dans les notes 2, 3, 9, 10.

## 1075

GUILLAUME FAREL à J. Calvin et à P. Viret, à Genève.  
De Neuchâtel, 1<sup>er</sup> décembre 1541.

Autogr. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calv. Opp. XI, 353.

S. *Cum rediisset Einardus*<sup>1</sup>, *re feliciter peracta*<sup>2</sup> *apud omnes quos adierat, primò Basilienses, inde Argenteratenses, Constantienses et Tigurinos, literis instructus pastorum ad ministros, magistratum et plebem qui sunt hic, dederunt etiam senatores Argenteratenses, Constantienses et Tigurini literas ad magistratum hunc*<sup>3</sup>, quas audio vehementes esse et pias. De literis pastorum, non est quòd referam : satis et superque seipsas commendant. Utinam quæ cum suspiriis audivi<sup>4</sup> tam mihi adessent, quàm ego absun procul ab ea cogitatione talem me esse ! Sed Christus meus supplebit et sarciet quod deest et malè hæret.

*Erant literæ ad Senatum Bernensem, Argenteratensium et aliorum*, quas cui daremus non offendentes, *visum fuit ut Einardus eas perferret, hæsitque diu*<sup>5</sup>. Nam Senatum intravit cum *Conzeno*, qui causam egit strennuè, propensus ut officium amici faciat in me<sup>6</sup>, idque tuis excitus literis et aliorum : unde firmanda erit amicitia, ut ecclesiæ Christi prosit. *Ubi revertitur*<sup>7</sup>, *venit cum nuncio Bernensi, qui literas ad me attulit, quibus mox vocabar*<sup>8</sup>. Quærendus fuit equus, et qui mecum iret<sup>9</sup>, quod quamvis tardè inven-

<sup>1</sup> Au lieu de : *Cum rediisset Einardus*, il suffit de lire : *Rediit Einardus*, pour que la construction de la phrase devienne correcte.

<sup>2</sup> Dans l'édition de Brunswick : *et feliciter peractis*.

<sup>3</sup> Ces trois lettres manquent.

<sup>4</sup> Il s'agit ici des passages où les ministres de Strasbourg, de Zurich, etc., faisaient l'éloge de *Farel*.

<sup>5</sup> Sous-entendu : *Bernæ* (N° 1074, n. 2).

<sup>6</sup> Farel l'en remercie dans la lettre précédente.

<sup>7</sup> Sous-entendu : *Einardus*.

<sup>8</sup> N° 1074, note 3.

<sup>9</sup> Il avait d'abord écrit : *meum esset*.

tum fuit, tamen eo die sed intempesta nocte *Bernam* appuli. Jusserat *Gironus* ad se diverterem<sup>10</sup>, quod feci. Erat is dies Veneris<sup>11</sup>.

Crastino die *Consulem* adeo, qui jussit Senatum intrarem. Sed priusquam haberetur Senatus, *Ludovici Ammani*<sup>12</sup>, senatoris verè pii, funus curatum fuit, quò me deducit<sup>13</sup> *Sultzerus*, quem inviseram. Post elatum funus, *Conzenum* salutavi, qui funeri interfuerat, à quo exceptus fui satis aperta fronte. Inde circiter undecimam, cum timerem me præteriri, jamque apud me indignè ferrem quòd senex, sic vocatus, tali via tam citò paruissem<sup>14</sup>, et negligi viderer, cum oporteret me hic esse sequenti dominico, et alia id genus, — tamen *vocatus fui, rogatus* « quid detrectarem parere iis que legati, ne qua sanguinis effusio hic fieret, decreverant<sup>15</sup>, cum satis mihi temporis constitutum fuisset ut possem mihi consulere, possemque *alibi*<sup>16</sup> cum fructu agere uberiore, cum *major pars* nolit me ministrum habere; fieri quoque posse, ut qui nunc nolint me rursum repetant, ut contigit *Genevæ*, cum quem ejecerant *Calvinum* revocarint. » Hoc non sine quadam mei nota dicebatur, admonebarque « ne quid sinerem rursus mihi fieri quod *Genevæ*, ut potiùs cum gratia, quàm pulsus exirem *Neocomum*. » Hoc addebant : « se jure civitatis astringi *Neocomensibus*, ut quod plures statuissent tueri debeant; quare si à suis civibus rogentur<sup>17</sup>, ut literis receperunt<sup>18</sup> et jurejurando, causam horum sint suscepturi. »

Hic respondi ad singula : « nihil minùs esse quàm quòd *major pars ita velit, sed aliam esse causam, nimirum quòd ferre non potuerim ea ob quæ Evangelium malè audit, et hic et in Gallia*<sup>19</sup>, nec me posse ecclesiam quam mihi commisit Dominus deserere, nisi qui me vocavit revocet aut aliò vocet. » Addidi multa<sup>20</sup>, et de

<sup>10</sup> Le chancelier *Giron* était ancien élève et ami de Farel (II, 7, 96, 236; III, 187, renv. de n. 2).

<sup>11</sup> Le vendredi 25 novembre.

<sup>12</sup> Ce même *Ludwig Ammann* qui avait, en avril 1540, visité avec *Nicolas Zurkinden*, les paroisses du pays romand (Voy. la n. 7 de la p. 38).

<sup>13</sup> Édition de Brunswick : *diducit*.

<sup>14</sup> *Farel*, averti assez tard le vendredi, avait dû faire dix lieues à cheval, par de très mauvais chemins, pour arriver à *Berne* le soir même.

<sup>15</sup> Le 2 ou le 3 octobre.

<sup>16</sup> C'est-à-dire, à *Genève* (Page 246, premier renvoi de n. 1; 241, n. 3).

<sup>17</sup> Éd. de Brunswick : *cogentur*, ut literis *recepterint*.

<sup>18</sup> C'est-à-dire, le scandale causé par une dame noble.

<sup>20</sup> Manuel de *Berne* du samedi 26 novembre : « *Farel* se présente. On



*Geneva* respondi, « me potius velle discerptum fuisse si eam deseruissem, nisi fugatus aut sanctè ut expedit aliò vocatus. » Actum itaque fuit ut huc literæ mitterentur, quibus omnes admonerentur, non in hoc pronunciassent *legatos* ut abirem, sed ut res componi amicè posset<sup>21</sup>.

*Egredior tardè Bernam, sed ita equito ut satis tempestivè venirem*<sup>22</sup> *et ante horam concionis. Populus convocatur et protrahitur hora ad decimam. Conclusum fuit me retinendum*<sup>23</sup>. Sic peracta fuerunt omnia; populus cœpit frequentior multo esse in concionibus.

Vestrum erit *Conzenum* in officio retinere, ac efficere ut sanctius prospiciatur ecclesiis: ne pro pastoribus pietate, sana doctrina, incorruptis et christianis moribus ornatis, qui sanctè intrent et administrent ecclesiam, impostores, impii, perversæ doctrinæ moribusque corruptissimis præficiantur<sup>24</sup>, sine ordine, in ruinam omnium et qui peccarunt gravius plectantur. Non enim in hoc ministerii habenda est ratio, ut impune ferantur mali ministri omnia agere, ut nonnulli volunt vel dicunt; sed, ut dicebam *in Senatu Bernæ*, « tum bellè ratio habetur sacrosancti ministerii, si quæ in aliis ferri possunt hic gravius plectantur, coganturque in ordinem qui non pergunt ordinatè<sup>25</sup>. » Et *istic* vobis incipiendum, aliis ne sitis exemplum perniciem ecclesiarum dissimulandi et ferendi. Sed dedit vobis dona Dominus, quibus potestis prospicere ecclesiis, quibus certa in Dominum fiducia utendum vobis est.

Seriò tandem tractanda venit *ecclesie disciplina*, præcipuè in ministris. Ubi omnibus destituimur, causa prorsus committenda est

lui a remontré, etc. Il a répondu, qu'il sait que les églises ne l'abandonneront point; qu'il n'y a pas, à présent, plus de seize personnes qui veulent le chasser; qu'aucune votation à son sujet n'a été faite; que ses adversaires sont venus recevoir la sainte cène; quelques-uns ont reconnu leur faute. [Il a mentionné ?] *le Gouverneur* » (Traduit de l'allemand).

<sup>21</sup> Voyez la lettre de Berne à Neuchâtel du 26 (N° 1070).

<sup>22</sup> Éd. de Brunswick: *venirem ante*.

<sup>23</sup> C'est donc le dimanche 27, et après le retour de Farel, que fut décrétée par les magistrats neuchâtelois l'*ordonnance* inexactement datée du 26.

<sup>24</sup> Éd. de Brunswick: *præferantur* sine ordine. — Plus bas, dans la même édition: si quæ in aliis fieri possunt.

<sup>25</sup> Les paroles qui suivent jusqu'à la fin du paragraphe sont-elles adressées à Messieurs de Berne, ou à Calvin et à Viret?



Domino. Sed ubi nobis uti vult, non est negligendum quod dat Dominus. Habetis viam, et per vos et per alias ecclesias, agendi ut purgetur ista ecclesia; ne negligatis. Quæ magis nocent et quæ primò sunt curanda, non postremò attingantur. Hic nobis est invocandus Dominus; nam video non tantùm pastores, ne dicam impostores, invertendis omnibus intendere<sup>26</sup>, verùm etiam non raros in magistratu, qui putant sibi licere pastores<sup>27</sup> deturbare è loco uno ut in alium sufficiant, non justa vocatione, sed insana confusione. Hic non debemus prodere ecclesias.

Existimo vos accepisse *ingentem illam cladem quæ contigit ecclesiis, jam<sup>28</sup> orbatis tot claris luminibus, Capitone ultra Gryuæum*: quibus adjuncti fuerunt tot insignes rei publicæ Christianæ curatores<sup>29</sup>, jam in pace cum Domino agentes, quibus indignus erat mundus. Christus Jesus excitet nobis non inferiores illis! *Quàm angor super Bucero*, quem fulciat et servet diu nobis Dominus! Pro tam certis damnis, *incerta quædam feruntur de Metensibus, quòd pontificia omnia amandarint<sup>30</sup>; quodque Lutecia insignes sint quatuor concionatores, qui constantissimè pergunt et purissimè in Verbo<sup>31</sup>*, præter eos de quibus olim auditum fuit aliquid<sup>32</sup>; cogan-

<sup>26</sup> Éd. de Brunswick : *in vertendis omnibus intrudere.*

<sup>27</sup> Ibid. : *pastorem.*

<sup>28</sup> Ibid. : *tam orbatis.*

<sup>29</sup> Outre *Jacob Meyer* (p. 325, n. 4), on peut mentionner encore *Daniel Mühe* ou *Mueg*, bourgmestre de Strasbourg, qui mourut le 27 octobre.

<sup>30</sup> Voyez la lettre de *Toussain* du 31 décembre.

<sup>31</sup> Il est possible que les quatre prédicateurs de Paris mentionnés par Bèze, à l'an 1542 (Hist. eccl. 1580, I, 30), eussent déjà la vogue en 1541. C'étaient *François Landry*, curé de St-Croix, *François Perrocelli*, Cordelier, *Beguetti*, Dominicain, et *Nicolas Boucherat*, de l'Ordre de Citeaux. S'ils avaient prêché « persévéramment » le pur Évangile, comme le bruit s'en était répandu, la vigilante Sorbonne n'aurait pas manqué de leur imposer une rétractation. On peut le conclure des arrêts qu'elle rendit en 1541.

Un Augustin, nommé *Morelet*, fut censuré cette année-là, « quòd in quibusdam concionibus dixisset : Opera omnia hominis existentis in peccato esse peccata. » Le 26 décembre 1540, un moine du même Ordre, *Jean Barenton*, prêchant dans l'église de St-Séverin, avait répété trois fois cette affirmation : « *Je te dis que les Saints ne font point de miracles.* » Il dut déclarer, dans sa prédication du 6 janvier 1541, en présence de deux docteurs délégués par la Sorbonne, que la susdite proposition était « fausse et hérétique. » Le curé de St-Croix, en la Cité, *François Landry*, « qui prædicaverat in præcedenti Adventu... prædictam propositionem [*de Sanctis*], et multa alia, quæ non erant conformia sanæ doctrinæ, neque

turque<sup>33</sup> legere Scripturam et sequi, extentque passim *Biblia gallica* et alii ad pietatem facientes libri, vendanturque impune<sup>34</sup>. Tanta passim fertur aviditas audiendi Verbi, ut devorent qui audire possunt. Si quid certius istic accepistis, non celetis nos, ut gratias agentes Domino sublevemur à mœrore non vulgari. Valet, et nobis pios fratres salute in Domino; impiis meliorem mentem et resipiscentiam dignam precamur, ut eos salutare possimus. *Sanc-*

communcem Ecclesiæ usum observabat, » fut également poursuivi (Voyez Du Plessis d'Argentré. *Collectio judiciorum de novis erroribus*, t. I, Index, p. x-xi; t. II, p. 131, 132, 133). Landry dut se rétracter devant le Parlement, le 29 avril 1543.

Bèze fournit sur ce dernier personnage des détails très intéressants (Op. cit. I, 30-33). Il en parle aussi dans ce paragraphe de sa lettre au docteur de Sorbonne *Claude d'Espence*, l'un des prédicateurs les plus goûtés à Paris : « Falleris, si te mihi ignotum esse putas. Audivi te centies *Lutetiæ* concionantem quo tempore *parochus a Sancta cruce* turpem illam palinodiam cecinit : audivi, inquam, iis temporibus de te multa, atque utinam eum semper cursum tenuisses. Jam enim in portu consisteres, aut ab eo certè propiùs abesses..... Sed ubi mutatio in melius? An iis te sacrilegiis pollutum esse negas, quæ si ponantur, tolli Christi sacrificium, et *eam ipsam quam toties asseruisti ex fide justificationem* inanem esse oportet? » (*Epistolæ theologicæ*. Genevæ, 1575, p. 203.) *D'Espence* fut dénoncé à la Faculté de Théologie, le 7 juin 1543. « propter quædam temere dicta in publicis concionibus *de cultu imaginum et reliquiis* » (*D'Argentré*, o. c. II, 134).

<sup>32</sup> S'agit-il ici de *Gérard Roussel* et de *Georges de Selve*, deux évêques dont Farel, en 1540, louait le zèle (VI, 209, n. 28, 29)? On ne parlait plus en 1541 de ce (*Jean?*) *Le Coq*, curé de St-Eustache, à Paris, qui attirait une si grande foule à ses sermons, vers 1533 (Voyez Florimond de Ræmond. *Hist. de la naissance... de l'hérésie*. Rouen, 1648, p. 852. — Maimbourg. *Hist. du Calvinisme*, 1682, p. 22. — De Rocoles. *Hist. véritable du Calvinisme*. Amst. 1683, p. 244, 361. — Merle d'Aubigné, o. c. II, 105-110).

<sup>33</sup> Dans l'édition de Brunswick, *cogentesque*.

<sup>34</sup> Voici, d'après Maittaire, II, 322, l'indication de quelques-uns des ouvrages qui parurent en France dans le cours de l'année 1541 : « *Epistolæ et Evangelia totius anni Gallicè versa a Stephano Doletto* : typis ejusdem, in-8°. — *Novum Testamentum Latine, cum brevibus variarum translationum annotationibus, duobus voluminibus. Ex officina Roberti Stephani*. III. Id. Octob. Parisiis, in-8°. — *Summa totius Sacræ Scripturæ. Decem Dei præcepta. Ex officina Rob. Stephani*. Nonis Octob. Parisiis, in-8°. — *Biblia Gallica, glossata*. Paris, in-folio. »

Il faut ajouter à cette liste la Bible française de *Jacques le Fèvre d'Étapes*, qui fut réimprimée à Anvers par Antoine de la Haye, 1541, in-folio.

372 J. CALVIN ET P. VIRET A GUILLAUME FAREL, A NEUCHÂTEL. 1541  
*tas vestras conjuges in Domino salvas esse optamus. Neocomi,*  
I. Decembris 1541.

Vester FARELLUS.

Partem literarum legere iterum non valui, propter concionem  
et cœtum<sup>35</sup>.

(*Inscriptio* :) Quàm chariss. Joanni Vireto et Petro Calvino  
symmystis, Genevæ.

## 1076

J. CALVIN ET P. VIRET à Guillaume Farel, à Neuchâtel.  
De Genève (vers le 4) décembre 1541.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp. XI, 356.

Retinuimus apud nos hodie<sup>1</sup> hunc nuncium. Nolebam enim  
nisi communicatis cum *Vireto* literis<sup>2</sup> eum dimittere. Mane fieri  
non potuit. Interim nobis afferuntur literæ<sup>3</sup>, quæ jampridem red-  
ditæ esse debuerant. Hæc fuit causa, quominus à prandio hinc sol-  
verit. *Viretus* enim domi tunc non erat, nec rediit, nisi paulò ante  
concionem. *Quantùm ad fratrum<sup>4</sup> negotium, video Regios et epis-*  
*copales inter se litigare de spolio<sup>5</sup>, quasi confecta jam belua.* Ubi  
alterutri fuerit adjudicata hæc præda, procul dubio statim manum  
injiciet, nisi obviàm eatur. *Poterunt quidem fratrum procuratores*  
*intercedere, atque ita extrahere causam, dum ad Regem scribant*

<sup>35</sup> Le 1<sup>er</sup> décembre étant un *jeudi*, Farel devait prêcher et assister à la  
*congrégation* hebdomadaire qui se réunissait ce jour-là. Cette circonstance  
explique la hâte qu'il a mise à écrire l'adresse.

<sup>1</sup> Édition de Brunswick : apud nos hunc nuncium.

<sup>2</sup> C'est la lettre précédente (Voy. la n. 17).

<sup>3</sup> Cette lettre de Farel, antérieure au 1<sup>er</sup> décembre, est perdue.

<sup>4,5</sup> Le parlement de Grenoble et les officiers de *Gabriel de Clermont*,  
évêque de Gap, se disputaient le patrimoine de *Claude* et de *Gauchier*  
*Farel*, dont les biens avaient été séquestrés, comme appartenant à des  
« hérétiques » Voyez les notes 8 et 10, et les N<sup>os</sup> 426, 433, 463, 519,  
507 a (t. III, p. 81-83, 95, 96, 170, 171, 323, 324 ; t. IV, p. 452, 453).

*Bernates* <sup>6</sup>. Fortassis plus ponderis haberent literæ, si bellum aliquod immineret <sup>7</sup>. Verùm si expectare hanc occasionem non libet : aut si videtur esse periculum in mora : nunc efficiendum erit apud *Bernates*, ut tueantur suum erga *fratres tuos* beneficium <sup>8</sup>. Interest enim ipsorum maximi <sup>9</sup>, quæ *Rex* illis concessit <sup>10</sup>, non sinere ita perire. Res erit facilis impetratu apud eos. Et si seriò compositæ fuerint literæ, quod libenter faciet *Gironus* <sup>11</sup>, pudebit *Regem* non præstare quod illis semel promisit <sup>12</sup>. Erit tamen tutius nuncium mittere, aut ita commendare *legato* literas, quæ responsum habeant. Si videtur expedire, literas meas adjungi ad *sororem* <sup>13</sup>, tantùm indicate.

Quantùm ad *senem illum* <sup>14</sup> attinet, qui nunc agit cum *Corderio*, nihil audemus recipere, donec responderit ipse *Corderius*, quidnam debeamus de se expectare. *Scholæ* enim melior constitutio in ejus adventum suspensa est. Si in animum induxerit esse noster, et putaverit *illum* fore idoneum sibi *adjutorem*, præmittat. Ego libenter eum apud me alam usque dum locum habuerit. Non enim refugio sumptus unius aut alterius mensis. Sin verò *Corderius* animum deposuerit quem habebat, postremis nostris literis <sup>15</sup> absteritus, vix audeo bono viro certò quidpiam promittere, donec eum

<sup>6</sup> MM. de Berne écrivirent au Roi, le 15 décembre, en faveur des Farel.

<sup>7</sup> A comparer avec le t. IV, p. 453, note 2.

<sup>8</sup> et <sup>10</sup> A la demande du Conseil de Berne, *François I* avait « rendu à *Claude* et à *Gauchier Farel* leur foi de sujets » [1536?], et il leur avait accordé la mainlevée de leurs biens et la permission d'aller « s'établir avec femme et enfants au pays de MM. de Berne, sans que, pour cela, il fût donné aucun empêchement à leurs personnes et biens. » Mais tel était le désordre qui régnait en France dans l'administration de la justice, que ces grâces du Roi, quoique dûment libellées et par lui certifiées à MM. de Berne, furent inutilement invoquées par les Farel.

<sup>9</sup> Édition de Brunswick : *maxime*.

<sup>11</sup> Le chancelier de Berne, *Pierre Giron*, dut apporter un soin particulier à la rédaction d'une requête si importante pour les frères de son ami *Guillaume Farel*. Celui-ci avait pu le renseigner le 26 novembre, puisqu'il avait logé ce jour-là chez *Giron*, et *Calvin*, qui arriva à *Berne* le 11 ou le 12 décembre, après avoir passé par *Neuchâtel* (n. 22), n'oublia point, sans doute, de recommander cette affaire au Chancelier.

<sup>12</sup> La phrase qui suit est écrite à la marge.

<sup>13</sup> *Marguerite*, reine de Navarre (N° 1017).

<sup>14</sup> Personnage inconnu.

<sup>15</sup> La lettre du 29 novembre (N° 1072, rev. de n. 11-14).



nostris hominibus egerimus. Quanquam, ut jam dixi, libenter sustinebo sumptum unius aut alterius mensis. Verùm *obsecro te*, mi Farelle, *ne patiaris Corderium detrectare hanc provinciam quæ offertur. Neque enim aliter spes ulla est erigendæ scholæ, nisi oblitus sui Domino hic servierit.*

De *Metensibus* nihil habemus<sup>16</sup>. *Luteciæ* feruntur esse aliquot boni concionatores : nolo tamen ut nimium gaudio vel potius lætitia exultes<sup>17</sup>. Cupio verum esse quod dicitur : vix tamen ex dimidia parte credo. Nec literæ amicorum tantopere nobis præsentem statum commendant. *Lugduni* hoc boni est, quòd *Doletus nunc Psalterium excudit*<sup>18</sup> : *mox biblia incipiet, ac versionem Olivétani sequetur*<sup>19</sup>. Eant nunc qui negant Sathanam esse Dei ministrum. *Ego funesto illo nuncio de morte Capitonis sic prostratus fui, ut ex eo tempore nec corpore nec animo valuerim*<sup>20</sup>. Cum istæ literæ ad te pervenient, jam tuæ, nisi fallor, erunt in itinere,

<sup>16</sup> A comparer avec la note précédente, renvoi de note 30.

<sup>17</sup> Évidemment, Calvin veut ramener aux justes proportions ce que Farel lui écrivait, le 1<sup>er</sup> décembre, des quatre fameux *prédicateurs de Paris* (N<sup>o</sup> 1075, renv. de n. 31).

<sup>18</sup> Cet ouvrage, imprimé chez Dolet (III, 226, 252, 290), est intitulé : « La paraphrase de Campensis sur les *Psalmes de David* et *Ecclesiaste* de Salomon (Lyon), 1542, » in-8<sup>o</sup> (Voy. t. VI, p. 21, 23. — Estienne Dolet. Sa vie, ses œuvres, son martyre. Par Joseph Boulmier. Paris, 1857, p. 288).

